et amicitia nō est in eo. Qz qñ ille q̄ non vult remittere mouet in alia q̄ vellet celuz ex naturali desiderio ascēdere: hīc offendit z cadit in infernū. Sext⁹ dies est debitorum restitutio. s. q̄libet q̄ hz pulchrā domū vel tasseā dz respicere si est aliqd ibi de furto: rapina: deceptione: retentione iniusta: aut inuētiōe z restituere. Bñdicta est dies talis restitutiōis. De qua dicit scriptura. In die esn bona venimus ad te. s. Reg. xxv. Septim⁹ dies est fame repatio. Multi sunt q̄ nō furarent bona nec pecunias: z tamē furant plus. s. bonā famā: q̄ valet plus. Prouer. xxij. Melius est nomē bonū q̄ diuitie multe. Fama esn bona nobis necessaria est: z propter nos z ppter alios. Propter nos qz est p̄cipuū bonū iter exteriora bona. Qz facit idoneū ad officia hūana: z p̄seruat a pctis. Et ppter alios ne scādalizentur z mālū exēplū sumāt ad peccandū vt dicit. s. Tho. de vita. q. iij. ar. ij. z scda scde q. lxxiij. ar. ij. Sicut esn fur tenet ad restitutionē: sic q̄ furat famā primi ex malicia etiā si sit verū qđ dixit z erat secretuz: tenet ad restitutionē fame: alis non poterit intrare paradisum. Sz queritis quō restituet. Rñdeo q̄ eoīā oībus coīā quib⁹ fuistis male locuti tenemini reuocare: dicēdo q̄ nō credāt qz maliciose locuti fuistis: z si ille qui ē diffamat⁹ scit hoc opz etiā ab eo petere veniam alis nō opz. De isto vide ad longuz. s. Tho. scda scde. q. lxxiij. s. p totū. Multi dānant ex his diffamationib⁹: qz verbū trāsit: deinde non curant nec cōfitent: nec inde faciunt sibi cōscientiā. De isto die dicit dauid tropologice. Ordinatione tua pseuerat dies. ps. cxviij. No. pseuerat itm̄ q̄ si i hoc mūdo nō restituat famā vel qz nō hz opportunitatē z mouet cū cōtritōe z pposito petēdi veniā alia vt interdū cōtingit redit de alio mūdo ad petendum veniam. Unde nota q̄ erāt duo q̄ quēdā diffamauerūt: z diffamat⁹ z vn⁹ diffamās adhuc viuit z vnus diffamator obijt z stetit per aliquod tps in purgatorio. Et cū exiuit credidit statim ire ad paradisum. Et dixit de⁹. Nō intrabis: qz primo habes facere restitutionē fame istius. Et ego scio istud esse verū q̄ alia redijt: qz ego ipse fui per ipz diffamat⁹: z a me veniā petiuit. Qñ oia tuuit tibi qz nō solū boni xp̄iani seruiūt xp̄o: sz etiā bona fama. Qñ si p̄dicator vt sacerdos sit male fame nihil appreciat. Jō bona fama multū seruit xp̄o Octauus dies est eucharistie cōio. pcipq̄ esn ps̄ona cognoscit pctā sua z cōtenit p̄fiteri: corrigit vitā suā: remisit iniurias restituit debita: reparauit famā: z finaliter cōicat deuote: hīc p̄ficat thema post dies octo. i. p octo opa penitentialia predicta iteruz venit ihesus. De isto die dicit dauid. Melior est dies vna in atrijs tuis i. ecclesijs: vbi est cōicādū sup milia. Ergo post dies octo iterum venit ihesus. ꝛc.

¶ De eadē dñica. Sermo secundus.



Ax vobis pax vobis pax vobis. Joan. xx. Thema propositum colligitur ex sancto euangelio hui⁹ dñice. In quo dicit xp̄s apostolis ter. Pax vobis primo cōsolando eos qz quando apparuit eis timuerūt valde: vt habet. Luce. xxiiij. Tunc consolādo eos dixit. pax vobis. Ego sum: nolite timere. Secundo dixit eis. Pax vobis exaltando eos faciendo eos suos legatos dicens pax vobis. Sicut misit me p̄r: z ego mitto vos. Tertio dixit eis. pax vobis affirmādū eos. Qñ q̄daz eoz non erant bene firmi in credentia: ideo dixit eis. Pax vobis. Beati q̄ nō viderunt z crediderunt. Ecce vñ colligitur thema. Et qz xp̄s ter dixit. Pax vobis. innuit q̄ triplex pax est nobis necessaria in hoc mūdo si volumus venire ad patrem glorie.

Prima est pax interior. s. cū seipso.
Secūda est pax exterior. s. cū primo.
Tertia est pax superior. s. cum deo.

Et pro qualibet dicit thema. Pax vobis ꝛc. Dico primo q̄ prima pax nobis in hoc mūdo necessaria est pax interior: scz cū seipso. Si dicat z hz guerrā cum seipso. Rñdeo q̄ oēs. Uñ guerra naturalis est in quolibet hoie: scz inter corpus z spm̄ sūe inter carnē z alaz. Quia quicqd placet vni displicet alteri. Anima enim de sua natura semp vellet contēplari deum qz est de suba spūali vt angel⁹. Sz caro qz de terra ē vt dr. Gen. ij. Formauit de⁹ hoiem de limo terre: z ispirauit in facē eius spiraculum vite iō trahit ad ea z in

clinat ad terrā: ad vilitates ⁊ corruptiones. Aia trahit sursum: ⁊ caro deorsum. Ecce guerra in hoie. vultis istā guerraz bñ intelligere: cogitate ille qui torturat in quali guerra est ⁊ tribulatione qñ sursum trahit chorda: deorsuz lapide. nōne videt vobis q ē ibi guerra. Talis guerra est in quolibet hoie: trahitur sursum chorda ꝓditionis naturalis aie: deorsuz vero pondere carnis ad terrena inclinātis. Ecce guerra in scriptura. Corpus qđ corrūpit aggrauat aiaz ⁊ terrena inhabitatio deprimit sensū multa cogitātē. Sap. ix. Uerbi gr̄a. Si incipit⁹ orare: aia ascēdit contēplādo: sed statiz corp⁹ trahit eā inferius ad cogitandū de coq̄na vl̄ de taberna. Ideo dicit deprimit sensuz. i. spūz multa cogitātē. De ista guerra dicit apl̄s Caro ꝓcupiscit aduersus spūz: spūs agit aduersus carnē: hec eñ sibiinuicē aduersant: vt nō q̄cūq; vultis illa faciatis. ad Gal. v. Mō videamus ⁊ respiciam⁹ nos in ista tā forti guerra qūo fiat pax: Dico q vno duoz modoz. vl̄ qđ aia subijciat corpori. Iste mod⁹ est malus reprobat⁹ ⁊ indecēs: ac si dña domus nobilis ⁊ prudens subijceret captiue fatue cā q̄ haberet guerrā: talis dom⁹ nō esset bene ordinata. Sic in domo corpis nobilis dña ⁊ prudēs filia creatoris ē aia. Ancilla ⁊ fatua de se ⁊ fetida ⁊ immūda ē caro. O q̄ fetida ē caro: q̄libet q̄ aduertit bñ scit lz pluries mō lateat: publicabit tñ finaliter. Nota de domicella parisien. q̄ noluit deponere comua⁹ de capite ꝓpter āmonitionē mariti q̄ tādē deposuit sibi violēter: ⁊ tūc apparuit caput scabrosū: ita ⁊c. Jō non eēt bona pax si aia subijceret carni. Ber. Nō decet dñaz ācillari: nec ancillā dñare. Alī mod⁹ faciēdi istā pacē est q ancilla. s. caro humiliet ⁊ subticiat dñe. s. aie. Et fit hoc p pniam. Ecce quare est necessaria pnia. Quia sicut equ⁹ pinguis ⁊ lasciuiēs hūiliat qñ sibi amouet ānona. Ita ⁊ corp⁹ āmonēdo sibi ānonā ⁊c. Isto mō ācilla subijcit dñe. Et h̄ mō scti pres nr̄i Dñic⁹. s. Tho. ⁊ sctūs Petr⁹: franciscus Bñdictus Bernard⁹ Augustin⁹ ⁊c. subijciebāt carnē aie: ⁊ habebāt pacē secū. Et hūc modū ponit Aug. di. Carnēve strā domate ieuniis ⁊ abstinētia esce et pot⁹: ip̄tū valitudo pmittit. No. domate nō dicit occidite. Jō discrete stat abstinētia. Jō dicit notāter Aug. Quātū valitudo pmittit. q̄libet scit ip̄stum pōt portare animal suuz: nec vltra sibi imponeret: qz pderet animal. Idē de corpe. Quilibet debet cogitare ⁊ attēdere fortitudinē suā ⁊ longitudinē vite. s. ip̄tū pōt, viuere ⁊c. De ista pace dicit scptura. Pacē habeat tabernaculū tuū ⁊ visitās speciē tuā: nō peccabis. Job. v. Et ꝓsequenter dicit idē Job. Et scies qñ multiplex erit semē tuū ⁊ ꝓgenies tua quasi herba terre. Ingredieris in abūdātia sepulchrū: sicut infert aceruus tritici in tēpore suo. Ecce hoc vt inuestigauimus: ita est: q̄ audistū in mēte ptracta. Nota tabernaculū tuū. i. psonā tuā. Et visitās speciē tuam scz aiam nō peccabis. s. defendēdo partē aie. Sed oppositū facit multi qui in ista guerra fouent ⁊ iuuāt carnē cōtra aiam. Nota ad h̄ similitudinē de illo rege q̄ habebat filiā valde dilectā sibi. Qui volēs ire, vltra mare ad visitandū loca sctā: ꝓmisit filiā suā vni militi promittens sibi facere magnū honorē si filie sue seruiret bñ: ⁊ ip̄az custodiret: qui dedit etiā sibi ancillā seruitricem. Post recessum regis miles adamauit ancillā: intantū q̄ nō curabat d̄ filia: imo ibat nuda: discalciata ⁊ iproui sa ⁊c. Et filēs dicebat militi. Nunq̄d ego filia regis sum? quo hoc facerem? ⁊c. ad quū dicebat ancilla. Si vis diligi a milite: cōsentias sibi corpus tuum. Que omnino cōtradicebat. Sz finaliter victa tedio consensit sibi. Sed quando venit rex pater eius: ipsum militē: ancillam ⁊ filiam meretricem protecit in ignem ad combrendū. Rex iste est dñs ihesus xp̄s. Apoc. xix. Rex regū ⁊ dñs dñantium. Filia huius regis est aia: qz i aia nihil agūt parētes: sz sol⁹ de⁹ creat ip̄az ad imaginē suā cū tāta plchritudie qđ miz ē ⁊c. Ancilla est caro. Rex ait ihesus trāsfretauit i die ascēsionis ad illā hierm q̄ sursuz est ad Gal. iiij. Miles cui de⁹ cōmisit filiā suaz s. aiaz ē q̄libet nostz cui dicit de⁹. Custodi temetipz ⁊ aiaz tuā sollicite. Deu. iiij. Sz si adamatz ancillā. i. c nēq; ꝓ ip̄a paratz magnas escas gallinas ⁊c. q; illō nō est cib⁹ aie. Itē expēditis in vestib⁹ totum pro ācilla dimittēdo filiā nudā: q; vestes aie sunt virtutes. Itē paratis bo-

nũ lectũ ꝑ ancilla: nõ curãdo filiã: qz lecti aie sunt ꝙ xp̃i vulnera: vbi contẽplando q̃escit. Jdẽ de eq̃s scutiferis z alijs. Et filia regis esurit: qz cibi ei⁹ sunt verba dei misse: sermones. Mat. iij. Nõ in solo pane viuit hõ: sed in oi verbo qđ ꝓcedit de ore dei. Et morit fame. Finalr ancilla dicit aie vt cõsentiat: z victa tedio cõsentit z simul faciunt multa mala z pctã. Sed q̃n venit xp̃s. s. in iudicio particulari: vel vlr: q̃d faciet rex? Dico q̃ totũ simul pijciet in infernũ: qz talis pax multũ displicet deo. iuxta illud dauid in persona dei zelaui sup iniq̃s pacẽ pctõz. s. hois cum ãcilla z filia: quã coꝛũpit videꝭ. ps. lxxij Non est respectus. s. mie: nec firmamentũ in plaga eoꝝ: qz in eternũ ardebũt. Jõ necessaria ẽ iterior pax: vt caro subijciat aie. De q̃ dicit thema. Scđa pax necessaria ad saluationẽ est pax exterior. s. cum ꝓximo. ꝓmo debẽt habere pacẽ dñi cũ vasallis ipsos defẽdẽdo z nihil aliũ ꝑter suos redditus ab eis recipiẽdo: in pace z iustitia eos conseruãdo. Et vasalli cuz dñis eis obediẽdo z fidelitatẽ seruando. Jtẽ diuites debẽt habere pacẽ cũ pauperib⁹ ipsis dãdo vl mutuãdo sine vsura z ecõuerso pauperes diuitib⁹ suiẽdo dietã cõpletã faciẽdo: alꝭ nõ debẽt recipere salariũ. Jtẽ dz esse pax inter sanos z infirmos. Sanis ifirmis seruiẽdo: z ecõuerso infirmi patiẽter sustinẽdo. Jtẽ inter virũ z vxorẽ sibijnuicẽ fidelitatẽ seruando: qz alꝭ nõ est pax. Jtẽ inter filios z parentes honorãdo corde ore z ope nutriẽdo z ecõuerso parẽtes filijs ꝓuidẽdo nutriendo z instruẽdo maxie q̃n sũt parui ne iurẽt ne mẽtiant: ne furent aliq̃d vt ore confiteantur z cõicent. Jtẽ cũ inimicis nolẽdo vindictã sed cõmittendo totũ deo: Rõ: qz nullus ẽ̃ptũcũq̃ eẽt audax in palatio regis p̃nte rege reciperet vindictã lz dicat in corde. O si istũ inuenirẽ extra. Si tot⁹ mundus est dom⁹ dei. Baruch. iij. O isr' ẽ̃ magna est dom⁹ dei: z ingẽs loc⁹ possessiõis ei⁹. Et oẽs sum⁹ intra suuz palatiũ in p̃sentia sua. Jõ i hoc mũdo debemus habere pacẽ cũ inimicis. Sed quã do inuenis inimicũ tuum extra: scz in inferno: tunc audacter recipias vindictaz: quia tunc incipiet tempus ire: sed nũc dimitte totum: z non aufer ei verbũ: sed ei loqui debes z salutare ꝛc. Jtẽ habere pacẽ cũ oibus nihil ab eis recipiẽdo: nec etiã fructus. Rõ: qz nõ placet patri: ex q̃ dedit partẽ filijs q̃ vnus recipiat ꝑtez alterius. Sic de⁹ diuisit oia bona huius mundi: z vni dedit multũ: alteri parũ: vt sibi placet. Jdeo sitis cõtenti: qz ipe diuisit z ꝓcipit nõ tangere partẽ alterius. Jõ furtũ est peccatũ mortale: qz est cõtra ordiationẽ dei. iõ apostolus ad Ephe. iiij. Qui furabat iam non furet: magis autẽ laboꝛet operando manib⁹ suis: qđ bonũ est vt habeat vñ tribuat necessitatem patienti. Jtẽ nõ diffamare aliũ de ista dicit scriptura sctã. Solliciti seruare vnitatez spũs in vinculo pacis. Unũ coꝛp⁹ z vnus spũs sicuti vocati estis in vna spe vocatiõis vestre. Ad Ephe. iiij. Nota solliciti non dicit dispositi. Quidam sunt dispositi ad faciẽdũ pacẽ cũ ꝓximo. sz nõ sunt solliciti dicẽdo si petat veniã z faciet emẽdã: vl si aliq̃s dñs interponat se vel ꝓcatus amore sui parcã: alꝭ non. Tales dispositi sunt: sed nõ sunt solliciti: qz non curant de pace. O quantũ bonũ perdit talis. Sic q̃n aia talis venit coram xp̃o ad iudiciũ: z xp̃s ostẽdit sibi vulnera di. Ecce q̃d feci pro te. videam⁹ q̃d tu fecisti ꝓme. Si vellet dicere aia. Dñe: remisi mortem p̃ris ꝛc. Et xp̃s. Amore cuius? ꝛc. Jõ quãdo aliquis dñs dicat alicui homini Amore mei faciatis pacem: qz ego do vobis ꝛc. Debet talis rndere. Pl⁹ volo ego remittere sibi amore xp̃i q̃ vr̃i. quia consequi regnum suum ex hoc volo: qđ non possetis mihi dare sz xp̃s. Jdeo nõ amore vestri sed amore dñi nostri iesu christi ego remitto z facio pacem: Et tali anime dicet xp̃s in iudicio. Euge serue bone z fidelis: quia in pauca fuisti fidelis: supra multa te constituaz. intra in gaudiũ domini tui. Mat. xxv. Jõ Dõ cõcordãs cuz apl'o. ps. xxxiij. dicit. Quis est hõ q̃ vult vitã sez eternã ꝛc. Rndet ipsemet di. Jnq̃re pacẽ z ꝓsequere eam. Ecce sollicitudo Nõ expectes q̃ inimicus veniat ad te vl q̃ aliquis dñs te roget: z ꝓsequere eam. Cõtinue quere pacẽ quousq̃ habeatur. Nota nunc corpus sez christianitatis in quo multa sũt mẽbra. Caput est xp̃s ad Ephe. iiij. Oculi sunt contemplatiui: aures sunt iudices tpales z cõfessores. Na

res sunt deuoti sentiētes odorē xpi virtutum ⁊ sctōꝝ. Os ꝯtū ad officiū loquēdi sunt predicatores. Quantū ad officiū comedēdi sunt sacerdotes q̄ recipiūt escas corpis ⁊ sanguinis dñi nostri iesu xpi. Brachia sunt milites. Uterus burgēses ⁊diuites. Tibie sunt xpi laboratores q̄ portāt onus. Auto. ad Ro.xij. Sicut in vno corpe multa mēbra habem⁹, oia āt mēbra nō eūdē actū habēt. ita mlti vnuꝫ corpus sum⁹ in xpo: singuli aūt alter alterius mēbra ⁊c. Et ꝯdiu mēbra corpis sunt ꝓuncta ⁊ vnita: ibi manet spūs sc⁹ qñ sunt diuisa. Jsta est rō quare oēs esse debem⁹ vniti: qr sic manet in nobis spūs qui viuificat. Jdeo si volumus ad pacē glorie puenire: habeam⁹ hic pacem. Qñ de⁹ in paradiso nō vult aliq̄ē bugosuꝫ immo si aliq̄s vellet itrare diceret. Nolo qr tu poneres hic guerrā. Jdeo apls ad heb.xij. Pacem sequamini cū oib⁹ ⁊ sanctimoniā sine qua nemo videbit deum. Tertia pars nobis necessaria est pax superior. s. cū deo: q̄ pax est faciēda ⁊ habēda ad instar vasallorꝫ qui habēt pacē cū dño si sunt sibi obediētes. Jdē de nobis erga deū seruādo sua precepta. Et sicut prima pax habet ꝑ ꝓniam: sc̄da ꝑ amicitiā: sic hec tertia habet ꝑ obediētiā. Auto. Acquiesce ei ⁊ habeto pacē cuz eo: ⁊ p hec habebis fruct⁹ optimos. Job.xxij. Acquiescit hō corde p, fidelitatē deo: nō frangēdo iuramentū q̄ facim⁹ in baptismo. Dic modū. Frangit aūt fides huius homagij qñ hō recurrit ad diuios ⁊c. vt ꝑdit or: quia in suis necessitatibus nō dz recurrere ad diuios. Pax aūt seruat qñ homo tenet fidelitatē ꝓmissam sibi. Secundo ore loquēdo de eo cū honore ⁊ reuerentia. Cōtra hāc faciunt iuratores ⁊ blasphemi: qñ emēdo vel vendēdo iurāt falsē. Jō ipe defendit se mittēdo lapides ⁊ tēpestates. ⁊ qñ creditis colligere bladum ⁊ vinū nihil ē ⁊c. qr ipse vastat totū Jdeo nō debetis iurare: sed ꝑ aduerbia affirmare. Tertio habet pax cum deo in opere soluēdo sibi redditus. alis vasalli non haberēt pacē cum dñis suis. Deus aūt sibi retinuit redditus de fructib⁹: decimas ⁊primitias: nō soluere debetꝫ. Jtē de tpe q̄ currit ꝑ septem dies retinuit sibi vnā diē. s. dñicam. Jō soluere debetis nō tangere partē suā faciendo aliq̄ opꝰ tpale ⁊c. sed spūale: audire missaꝫ cū silētio. sermones ⁊c. Et dicit q̄ per hoc habebitis fructus optimos. Boni fruct⁹ sunt abūdātia bonorꝫ tēporaliū q̄ dant a deo Meliores fructus sunt bona spūalia: scz remissio peccatorꝫ: gratia dei: sanctitas ⁊ hmōi. Sz optimi fruct⁹ sunt fruct⁹ gloue q̄ dant illis qui habent deum. ꝯ dauid Fiat pax in virtute tua: ⁊ abundātia in turribus tuis scz vt simus sibi obediētes quia ista est virtus sua. Deo gratias.

¶ De eadem dominica Ser.iij.

¶ Enit ianuis clausis ⁊ stetit in medio. Joā.xx. Ser. noster erit de glia corporis dñi nri iesu xpi post resurrectionē. Materia erit alta in thcologia Sz prio saluteť ꝟgo maria. Dco hui⁹ verbi declatiōe ⁊ materie predicāde introductiōe sciēdū est q̄ cōis doctrina est theologie: q̄ dñs noster iesus xps diuersimode habuit ⁊ recepit gloriā anime ⁊ corporis qr in vno tpe recepit gloriā aie: ⁊ alio gloriam corporis. In ꝯceptione em̄ qñ ꝟgo maria dixit angelo. Ecce ancilla dñi fiat mihi ⁊c. in vltimo verbo. s. tuum. aia xpi tunc habuit ⁊ recepit tantā gloriā a deo quātam habet nūc in celo. Ratio: qr aia xpi ex vnione diuinitatis habuit ⁊ recepit inestimabilē claritatē gratie ⁊ glorie Sicut si crystallus vniret soli: maximaꝫ in se recipet claritatē. Jta de aia xpi cuz diuinitate vnita. Jdeo ioānes dicit. Uidimus gloriā ei⁹ gloriaꝫ quasi vnigeniti a patre. Jo.j. Uidebāt gloriā anime christi intellectualiter: qr per opa christi miraculosa videbāt in xpo diuinitatē. Sed corp⁹ xpi nō fuit gloriosuꝫ qñ fuit formatum: licet esset sanctū ⁊ puruꝫ: immo fuit passibile ⁊ mortale vsq̄ ad resurrectionem ꝓ nostra redemptione: quia aliter nō fuisset passibile: ideo voluit q̄ ei⁹ corpus non haberet gloriā vsq̄ post resurrectionē. Ptz ergo q̄ diuersimode xps habuit gloriā i aia ⁊ corpore. De gloria corporis. Lu.xxiiij. Nōne hec oportuit pati xpm: ⁊ ita ⁊c. Gloria aie corporis ostēditur subtiliter in themate cum dicit. Uenit iesus ianuis clausis ⁊c. Dicit autem apostolus. j. Cor.xv. ⁊ glossa: ⁊ doctores

etiam ponunt hoc q̄ gloria corporis glo
riosi consistit in quatuor excellentijs. Et
omnes ostenduntur in themate.

Prima est agilitas vigorosa. ibi. Ue
nit ihesus.

Scōa subtilitas virtuosa: ibi ianuis
clausis.

Tertia ipassibilitas rigorosa ibi stetit.

Quarta claritas gl̄iosa: ibi in medio.

Prima ergo excellentia corpis gl̄iosi est
agilitas vigorosa: quia subito. i. imperce
ptibili tpe: nō aūt i instāti de vno loco ve
nit ad aliū sicut vult. Magna ē agilitas
equor̄ currentium: maior autē volucr̄ z
auiū volantiū: z maior sagittar̄. Et ad
huc maior ē agilitas z leuitas solis qui
subito. i. imperceptibili siue puo tpe trāsit
magnuz spaciū: sed pre oibus maior est
agilitas corpis gl̄iosi. Ratio q̄ sol i suo
cursu indiget multz horis: sz corp⁹ glorio
sū subito trāsit z vadit de ouēte i occidē
tē: nec indiget vna hora. Dicat̄ quo imagi
natio subito vadit q̄ vult z in pūcto: sic z
corp⁹ gl̄iosū ex excellētia agilitatz corpis
gl̄iosi. Et ponit̄ ab Apl̄o. j. Cor̄. xv. Sic
erit resurrectio mortuor̄. Seminat̄ corp⁹
in infirmitate: surget i v̄tute. No. seminat̄
s. in sepultura. Sepelire vocat apl̄s semi
nare: q̄ sicut granū seminat̄ vt faciat fru
ctū: ita seminat̄ corpus vt resurgat gl̄io
sum. Ista excellētia corpis gl̄iosi tāgit̄ i
themate cū dr. Uenit ih̄s. Et vñ venit de
paradiso terrestri. Qm̄ doctria est cōis q̄
x̄ps post resurrectionē stetit cū sctis p̄ri
bus in paradiso terrestri vsq̄ ad diē ascē
siōis. De hoc dicat̄ rō z autoritas. Rō ē
ista q̄ cum p̄hm loc⁹ z locatū debēt ꝓpor
tionari. z q̄ x̄ps p⁹ resurrectionē habuit
corp⁹ gl̄iosum z ipassibile: ꝓueniēs ergo
fuit q̄ stetit in excelsiori loco huius mūdi.
Igit̄ venit ihesus scz de paradiso terre
stri ad discipl̄os in hierl̄m subito. Auto
ritas dauid in ps̄ona x̄pi. Quo ibo a spū
tuo: z quo a facie tua fugiā. Si ascēdero
in celū tu illic es: si descēdero ad infernū
ades. Si sūpsero pēnas meas diluculo
z habitauero i extremis maris. Et enī il
luc manus tua deducet me: z tenebit me
dextera tua. etc. ps. cxxxviij. Uerbū est x̄pi
apud deū patrē de gloriosa sua resurrec
tiōe. No. si sumpsero pēnas meas. x̄ps
i sua resurrectiōe recepit duas alas. Dex
terā. s. aiam sanctissimā z sinistraz. s. corp⁹
gloriosuz z impassibile. Patet ergo rōne
z autoritate q̄ x̄ps post suā resurrectio
nē stetit i paradiso terrestri. Ideo cū dr. Ue
nit ihesus oñdit̄ eius agilitas vigorosa: q̄
in pūcto hoc est in paruo z imperceptibili
tpe veniebat de tāta distātia. Moraliter
aūt hāc virtutē possum⁹ habere nos me
rito diligētie spūalis i bonis opib⁹. Ue
bi gratia. Religiosus q̄ cū diligētia suat
ea ad q̄ tenet̄: hic talis merito huius virtu
tis cōsequet̄ agilitatez corporis post diē
iudicij. Idē de presbytero q̄ cū diligētia
dicit officiū suum: surgit ad matutinas z
cū diligētia confitetur z dicit missaz suā
z diligenter procurat salutē animar̄ etc.
Idem de laicis q̄ diligenter exercent offi
cia sua: q̄ habent officiū iudicandi vt iu
dices: assessores: ꝓcuratores: notarij: nō
dilatādo questiones nec ꝓtrahendo sen
tentiā. tales merito huius diligentie cōse
quētur excellentiam agilitatis. Idē de
alijs si diligētes sint in orando mane z se
ro. z cum diligentia veniūt ad missaz in
dñica. Item confitetur pro tpe z cōicant
cum diligentia: z dant elemosynas pau
peri: vel dant cōgeriū sibi z non faciunt
ipsum expectare merito huius cōsequent
excellētiā agilitatis in die iudicij. Ideo
dicit scriptura. Confortamini z agite di
ligenter: z erit dñs vobiscum in bonis. ij.
Parał. xix. ibidem paulo āte. Sit timor
dñi vobiscū z cū diligētia cuncta facite.
Per oppositū quādo hō est negligēs in
operibus spiritualibus: vt religiosus etc.
vel presbyter z inristе etc. z laici sz i die iu
dicij suscitētur: tamen corporal eor̄ erūt
grauia z ponderosa q̄ ad eundū mediā
leucam indigerēt tota die ibunt vt ligati
etc. z hoc propter eor̄ negligentiā quam
habuerūt. Ideo dr scriptura hier. xlviij.
Maledictus q̄ facit opus dñi fraudulen
ter. Scōa excellētia corporis gloriosi est
subtilitas virtuosa: q̄ nihil eo subtilius
Subtilis est aer vel ventus trāsiēs p par
ua foramia. subtilior est lux q̄ trāsit p fe
nestrā vitreā p quā nō pōt vētus trāsire
sz adhuc subtilior est vox hois vl̄ son⁹ cā
pane quā vos auditis i camera z ianuis
clausis intrat eo. Pre oibus his subtilio⁹
est corp⁹ gloriosuz. Q̄ licet sit ver corp⁹
tāta est th̄ ei⁹ subtilitas q̄ etiā de capsa

ferea exiret si in es claudere sine eius aptura: cū tñ inde nō posset exire ventus nec lux: nec aq nec vox. Hec excellentia subtilitatis ponit. s. ad Cor. xv. Sic erit resurrectio mortuorū. Seminat corpus animale. surget corp⁹ spūale: qz hz cōditiones spūs. Hoc ondit de corpe xpi glorioso cum dr ianuis clausis: scz intrauit ad discipulos. Dic quō discipuli timore iudeor erāt in cenaculo ianuis clausis Jo. xx. cū fores essent clause ꝛc. Sicut ei exiuit uterū v̄ginis sine fractura ꝛ exiuit de monumēto sine ei⁹ aptura: ita intrauit ad discipulos ianuis clausis. Nota iter istā excellētiā subtilitatis possum⁹ nos hr̄e merito abstinētie corpalis. s. ab stinēdo a nimio cibo ꝛ potu ꝛ a delectationibus: qz psona abstinēs attenuat et subtiliat incorpe. O q̄ bonuz est in hoc mūdo attenuari vt in die iudicij resurgamus cū illa excellētia subtilitatis. iō dixit xps attēdite vobis ne forte grauētur corda vestra in crapula ꝛ ebrietate. Lu. xxi. Per oppositū pone q̄ nolunt abstinere a superfluitate cibi ꝛ pot⁹ delitiarū: nec ieiunāt ieiunia eccle. in resurrectiōe erūt corpa eor ita grossa q vix poterūt se mouere ꝛ cū magna violētia aer pmittet eos trāsire. De illis dicit apostolus. Quor deus venter ē. ad Philip. iij. qz sicut deberēt seruire deo: sic seruiūt ventri. ¶ Tertia excellentia corpis glorioſi est impassibilitas rigorosa: qz non poterūt pati decetero aliq̄d malū seu dolorem ꝛ erunt semp in etate triginta annor in q̄ oēs resurgem⁹: tam senes q̄ iuuenes ac etiā pueri in vtero matris mortui resurgēt i etate trigita ānor nec senescēt ꝛ erimus ipassibiles. Sicut radi⁹ solis nō p̄t scidi gladio: nec submergi aq̄: nec vburi igne: nec etiā coinq̄nari turpitudie. Sic nec corpus glorioſū ense pōt scidi. nec aq̄ submergi etiā si descēderet in pfundum maris: nec igne pōt comburi: nec etiam ignis inferni pōt sibi nocere si vult illuc intrare ad videndū dānatos: nec ignis nec demones possunt sibi nocere vel aliquod facere tediū nec aliqua imūditia pōt coinquinari. De hoc dicit sacra scriptura. Sic erit resurrectio mortuor. Seminat corpus in corruptiōe. Surget in corruptione. s. Cor. xv. Hec excellentia ostēdit de xpo. cū dr Stetit. Nos inq̄ hoc mūdo nō stam⁹: sed cōtinue fluim⁹. sicut aqua cōtinue fluit q flumē vsq̄ ad mare sic nos oēs cōtinue vadim⁹ i mare amare mortis. ij. Reg. xiiij. Oēs morimur et quasi aque dilabimur in terrā q̄ nō reuertunt. Corp⁹ vero glorioſum fluit cōtinue ipassibiliter. Jō de corpe xpi glorioſo dicit. Stetit Autoritas allegorice. Deus stetit in synagoga deor. i. angelorū. ps. lxxxi. Morali istā excellentiā ipassibilitatis possum⁹ nos habere. s. merito patientie qō aufert sentimētū doloris ꝛ passibilitatis. Nā q̄ v̄e est patiens nō sentit iniurias sicut ipatiens q̄ statim ascēdit ad quintaz. Si occidit amic⁹ patientis dicit. Fecit deus hoc. Sicut dixit Iob spectaculum patientie post tot iurias sibi illatas ab inimicis. Dñs dedit dñs abstulit sicut dño placuit ita factū est. Sit nomē dñi bñdictū. Job. j. Patiens semp dicit. De⁹ fecit hoc ꝛ non talis: qz solū fuit minister. Jdeo dicit scriptura sacra. Patientia vobis necessaria est vt voluntatē dei facētes reportetis pmissionez. ad hebre. x. Nota pmissionē. s. hui⁹ excellētie impassibilitatis. Oia mala pene sūt a deo: iō nō impatienter debem⁹ sentire Mala aūt culpe sunt a nobz. Per oppositū ipatiētes q̄ de nihilo statiz ascēdunt ad quintā resurgēt in iudicio: non tamē impassibiles: sed passibiles: quia totum corpus erit plenū doloribus a capite vsq̄ ad pedes. Et nihil corpus erit impassibile ꝛ quilibet eorum dicet. Infelix ego homo q̄s me liberabit de corpe mortis huius ad Ro. vij. ¶ Quarta excellentia corpis glioſi ē claritas glorioſa. Nō solū erit corp⁹ agile subtile ꝛ impassibile: imo etiā erit ita clarū q̄ mūdo nihil est ita clarū: nec stelle: nec luna: nec sol. Clarū ē vitrū: dar⁹ crystallū: adhuc clarior est ignis: sed sol est clarior. Oēs doctores dicunt q̄ septies erit clarius sole corp⁹ glorioſum. Ex hoc sequit q̄ si deus loco solis poneret corp⁹ glioſum magis mūdū illuminaret q̄ sol. Jñ si nos possemus videre vnum corpus glioſum nolem⁹ comedere nec bibere ꝛc. De ista excellētia dicit scp̄tura sctā. Sic erit resurrectio mortuor Seminat corp⁹ i ignobilitate: surget in glia. s. ad Cor. xv. Hec ex

cellentia ostēdit de xpi corpore glorioso cuz dr. In medio. Dicūt astrologi q sol est in medio planetarum.

Primus est luna.
Secundus mercurius.
Tertius venus.
Quartus est sol.
Quintus est mars.
Sextus iupiter.
Septimus saturnus.

¶Sol igit est in medio planetaz q illuminat oēs alios planetas. Ita z xps in medio discipulorz. Jō cū dr in themate i medio notaf claritas corpis xpi glorioſi. Et tñ i volūtate corpis xpi glorioſi ostēdere suaz claritatē qñ vult. alis nō videf. Jō qñ xps appebat aplis non videbant suaz claritatem. De ista dicit scriptura. Tūc fulgebūt iusti sicut sol in regno patris eorz. Mat. xiij. Moraliter ista excellētia claritatis hr merito castitatis. Clara z pulchra est psona casta siue sit religiosus siue clericus z c. Auto. O qs pulchra est casta gnatio cū claritate: alis charitate. Sap. iiij. No. cū charitate qz q̄dā sūt casti cū timore. s. diffamationis vt multi religioſi clerici z mulieres timore piculi sz habēt desiderium talis castitas nihil valet. Sz qñ sunt casti amore xpi dicēdo Sicut vos dne q nūqz gustastz de illo z c. amore mei: sic nec ego volo gustare amore vr̄i. Talis castitas dr cū charitate eē z deuotiōe. Per oppositū psona luxuriosa est ita vilis z resurget in iudicio: sed ita i mūda z fetida q si mō nos videremus vnū corpus tale stati moreremur. No. hic miraculū de malo q̄dā hoie q babebat bonā vxorē z deuotā q̄ inducebat virū suū ad psessionē: nec volebat se ptinere a suis ribaldarijs. Jpa tñ ptinue'orabat p eo dr. Dne ergo ego non possum corrigere: vos dne faciatis ne damnetur Accidit semel q ipse veniebat de lupanari z a deo mutata est facies eius in turpissimā figurā z horribilē: intm q vxor ianuis clausis ascendit ad fenestrā nolens sibi aprire et oēs de vico fugiebant eius aspectū ac si demonē viderēt. Qui de hoc admirās trāsiuit p domū barbitōsoris z i speculo vidit suā horribilē formaz z etiā territ seipz: q statim iuit ad curatū vt cōfiterek: z curatus fugiebat. Sz pries ad vocē clamoris eū eē suū subditū psessionē eius audiuit. Et psessus recupauit pstinā formā. In hoc oñdebaf qualē facieni debēt habere dānati intm q nullus poterit sustinere eorz aspectū. Jō cauete a corruptiōibus z a pcubinis z c. De qbus dō. Corrupti sunt z abominabiles facti sūt: z c. ps. xiij. De istis dotibus quattuor vide sctm. Tho. ad lōgū i. iiij. disti. xliij.

¶De eadē dñica. Sermo. iiij.

Extendit eis manus: z latus. Joā. xx. Hoc verbum dat mihi motiuum z rationē predicandi de quadam materia valde vtili z deuota. s. de qnqz plagis xpi. Si placet deo erit materia magne cōsolatiōis aiaz nostraruz. Sed pmio saluteſ vgo maria. Doctrina ē generalis z certa in sacra theologia q qñ xps surrexit in die resurrectiōis de morte ad vitā glorioſus i corpe z aia voluit resuregere cū qnqz plagis qs etiā retineret z retinebit eternaliter. Nō th intelligatis vos q xps habet manus z pedes pforatos nec latus perforatuz sicut habuit in cruce immo perfecte fuit curatus gloria resurrectionis z impassibilitatis De hoc dauid in psona xpi dixit. Dne deus clamaui ad te: z sanasti me. Dne eduxisti ab inferno aiam meā: saluasti me a descēdētibus in lacū. ps. xxix. Sz remāserūt signa illaz plagaz sicut curato vulnere a pito medico: remanet th signū. Sic in xpo post resurrectionē remāserūt signa plagaz nō cū alicq deformitate seu turpitudine: sz resplēdētia ad istar stellarū et vulnus lateris ad istar medie lune. z inēternū retinebit ista signa. Ego amore vestri q̄siui q̄re z inueni sex rōnes cōfirmatas autoritatibus sacre scripture veteris z noui testamēti: q̄re xps vult signa plagarum in suo corpore glorioso retinere: sz

Prima pp cōfirmationē de credētia.
Secunda ppter demonstrationē de beniuolentia.
Tertia pp memorationē devictoria
Quarta ppter iterationē de venia.
Quinta pp mānifestationē de iusticia.
Sexta pp informationē de penitētia.

Uel sic z breuius. Propter fidei confirmationē beniuolētie demōstrationem. Ui-

etorie cõmem orationẽ. Uenie ipetratiõ iustitie manifestationẽ. Pnie iformationẽ. His sex rõnibus voluit xps resurgere cũ signis q̃nq; plagaꝝ. Et de pmaloq̃tur thema dicẽs. Ostendit eis manꝰ z latus z etiam pedes. Luc. vlt. s. ppter cõfirmationẽ credẽtie discipulorꝝ incredulorꝝ. Ps thema. Dico pmo q pmarõ quare xps voluit resurgere cũ signis plagaꝝ fuit ppter ꝯfirmationẽ de credẽtia vt fides z credentia esset confirmata in aplis z ꝯfir in nobis. Hoc declaratur sic. Inter oẽs articulos fidei maiorꝫ difficultatis fuit ad credendũ articulus resurrectionis ꝙ alij articuli. Nota nõ solum infideles pagani: z phi nõ potuerũt credere hũc articulũ: immo etiã nec apli. Rõ: qm̃ regula est phie: q a pua ꝓuatiõe nõ est regressus ad habitũ. s. naturalẽ: qm̃ cecꝰ nullo posse naturali põt reduci ad habitũ vt videat: nec surdꝰ ad auditũ: nec mutꝰ ad loq̃ndũ. Mõ maior priuatio q̃ põt esse est mors: q per ipsaꝫ priuat hõ nõ solũ visu vel auditu: sed ẽt oibus sensibus. Si ergo a ꝓuatiõe cecitatis nõ est regressus ad habituꝫ multo minus a pura priuatione oim sensuuꝫ ꝛc. Jõ legit de aplo paulo in actibꝰ aplorũ q̃ pdicãdo iuit in greciã ad pdicãdũ in ciuitatẽ atheniẽsiũ vbi erat tunc maximũ studiũ phoꝝ q̃ patiẽter z cum magno silentio audierunt aplꝫ quousq; vẽtum fuit ad articulũ resurrectionis tũc quidã dixerũt. Quid vult seminator verboꝝ hic dicere. Alij vo dicebãt. Nouorũ demoniorꝝ videt annũciator esse: q Jesum z resurrectionẽ annũciauit eis. act. xvij. Qm̃ nõ solũ phi nõ poterant credere xpi resurrectionẽ: imo etiã nec apli xpi. Luc. xxiiij. legit q tres marie regresse a monumento nunciauerunt aplis quõ xps surrexit a mortuis. Et visa sunt ante illos quasi deliramentũ ẏba ista: et nõ crediderũt illis itm̃ q thomas apls q̃ nõ fuit cũ alijs aplis qm̃ eis apparuit iesus qm̃ dixerũt sibi apli. Uidimꝰ dñm Jo. xx. Rñdit Tho. vultis me deludere. Nisi videro in manibꝰ eiꝰ fixurã clauorum: z mittã digitũ meũ in locũ clauoꝝ z mittam manũ meã in latus eius: nõ credam. Qm̃ erat in cruce z iudei sibi p mittebãt q̃ q̃uerterent si descenderet de cruce z nõ potuit descẽdere: z q mõ surrexit nõ credo. Jõ Marc. vlt. Nouissime recũbẽtibꝰ. xi. apparuit eis iesus z exprobrauit incredulitatẽ illoꝝ z duriciã cordis: q̃ his q̃ viderãt eum resurrexisse a mortuis nõ crediderãt. Nota nouissime q in die ascẽsiõis q̃ fuit apparitio vltia exprobrauit incredulitatẽ eoꝝ: q primo nõ crediderũt. Dicit Amb. in li. de ẏginibus q ẏgo mãria postq̃ xps surrexit z sibi apparuit vocauit aplos z nũciauit eis q eius filius surrexerat z noluerunt sibi credere: immo dicebãt: bonũ est dõna corã ea sed retro dicebãt: q̃ vult credere credat. Jõ modo rñdeo ad qõnem quaꝫ multi facit in articulo resurrectionis: z resurrexit tertia die ꝛc. quare additur sm scripturas z nõ in alijs articul fidei. Dic qũo sancti pres ordinauerunt credo in ꝑlio nyceno z de alijs articulis fidei gentes credebãt simplr eis: sed in articulo resurrectionis addiderũt sm scripturas ad maiorẽ cõfirmationẽ: z hunc modũ habuerũt de biblia ab aplo paulo dicẽte. Tradidi vobis in primis q̃ z accepi qm̃ xps mortuꝰ est p ꝑtis nostrꝫ sm scripturas z q sepultꝰ est: z q resurrexit tertia die sm scripturas. q. d. nõ solũ dico sm intellectũ meũ z credentiam meã sꝫ sm scripturas. Et q visus est cephe z post hoc. xi. j. Coꝝ. xv. Sciẽs ergo xps difficultatẽ credẽdi huius articuli ppter duritiã z minus credẽtiã discipulorꝝ suorꝫ voluit resurgere z retinere signa plagaꝝ p ꝯfirmatione credẽtie. Jõ dicit Joannes q apparuit eis dic. Pax vobis z ondit eis manꝰ z latus: q dixit Credite ego sum. Deinde vocauit thomam dicens. Infer digitũ tuũ ꝛc. z thomas credẽdo dixit. Dñs meus z deꝰ meꝰ Non solum hoc fuit confirmatio credentie Thome z aliorꝝ aplorꝝ: sed etiaꝫ pro confirmatione nostra z oim xpianorũ: z qm̃ audiunt vel legunt totã ꝓbationẽ Gregorius. Plus nobis contulit thome incredulitas ꝙ marie credulitas: dum enim ipse vulnera tangit carnis in nobis vulnera sanat infidelitatis. Ecce pma ratio. De ista autoritas. Surge propera amica mea z sponsa mea. Ueni columba mea in foraminibus petre: in cauerna macerie. Canti. ij. Nota hic eccle

ſia vel xp̃ianitas vocatur a xp̃o amica ſpōſa ⁊ colūba. ꝓuo vocat ipam amicā ⁊ bñ cū ſibi oñdit maximā amicitiā nūq̃ aliq̃s tm̃ fecit p vroꝛe ſua. Jō ôt. Surge amica mea. ſ. de infidelitate ⁊ min⁹ credētia in quā cecidiſti: qꝛ oēs perdide rāt fidē in xp̃i paſſione. Deinde vocat eā ſpōſa z: qꝛ ex ea gñat xp̃s filios. Tertio vocat eā colūbā ꝓpter ſimplicitatē gentiū in ꝓmiſſa eccleſia nō faciebāt rapinā ⁊c. dicit ꝙ xp̃s eccleſie. Surge ⁊c. in foraminib⁹ petre illi⁹. ſ. de q̃ dicit apl's. Petra aūt erat xp̃s. j. Coꝛ. x. In cauerna macerie. humanitas eſt paries ſiue maceries. Nā ſicut maceries cooperit ⁊ abſcōdit ſic hūanitas diuinitatē coopꝛebat. Latus eius ôt cauerna. Qꝛ ôt; Joā. xix. Un⁹ militū lācea lat⁹ ei⁹ apuit: nō dicit vulnerauit ſz apuit. Ecce hic ꝓma rō. Moraliꝛ cogitate hic xp̃i benignitatē q̃ amoꝛe pauperꝛ voluit reſurgere cū ſignis plagaꝛ vt ciu⁹ crederēt. Jn q̃ nobis dedit exēplū hūdi pietatē ⁊ ꝓpaſſionē de miſerabilib⁹ pſonis pupillis viduis ⁊c. vt eis ſubeamus. Uidue ⁊ pupillo non nocebitis. Si leſeritis eos vociferabunt ad me: ⁊ ego audiā clamoꝛē eoꝛ ⁊ indignabiꝛ furoꝛ me⁹ ⁊c. Exo. xxij. ¶ Secunda rō eſt ꝓpter demonſtrationē benuolētie quā. ſ. hz erga nos. Hoc pōt declarari quadā experientia mūdana de milite diligente aliquā domicellā amoꝛe cuius portat clenodiū ex auro ad oñdēdum ſuū amoꝛē ⁊ gliaꝛ de ea intm̃ q̃ ſi aliq̃s tāgit clenodiū illud ſeq̃tur duellū ⁊c. Sic miles xp̃s philocaptus eſt de illa domicella. ſ. eccleſia ſeu xp̃ianitateꝫ de natura hūana. Nūq̃ aliq̃s hō cū tāto ardoꝛe amauit aliquā mulierē ſicut xp̃s naturā humanā ꝓ cui⁹ amoꝛe recepit clenodiū in veſte hūanitatis. ſ. q̃nq̃ vulnera q̃ſi q̃nq̃ ſtellas q̃ voluit retinere poſt reſurrectionē. Un̄ ſi aliq̃s interrogaret dñe amoꝛe cui⁹ portatis iſtō clenodiū? Rñderet. Amoꝛe philocapte mee. De hoc autoꝛitas. Eſa. in pſona xp̃i dicit. Dixit ſyō dereliq̃t me dñs ⁊ dñs oblitus eſt mei? Rñdet xp̃s. Nūq̃d obliuiſci pōt mulier infantē ſuū vt nō miſereat? filio⁹ vteri ſui. Et ſi illa oblita fuerit: ego tm̃ nūq̃ obliuiſcar tui. Ecce in manibus meis deſcripſi te: muri tui coꝛam oculis meis ſemꝛ Eſa. xlix. Nota. Dixit ſyō. i. xp̃iana eccl'a ſpeculatiua in die aſcenſionis dixit dereliq̃t me dñs: ⁊ dñs oblitus eſt mei. Cui rñdit xp̃s di. Quare dicis ḣ. Nūq̃d obliuiſci pōt mulier infantē ſuum ⁊c. q. d. plus diligo te. ſ. ſponſam meā q̃ mater filiū: qꝛ ecce in manibus meis deſcripſi te. ſ. calamis clauoꝛ. Ut lus ſuſtineret amoꝛe ſue dilecte q̃ō nomen ſuū dilecte ſcriberēt ferro ignito in carne ſua. Et muri tui. ſ. vulnera: qꝛ ſicut muris defenduntꝫ ville ab inimicis ſic nos cruce xp̃i defendimur ab inimicis. ſ. demonib⁹. Moraliꝛ ſicut xp̃s amoꝛe nr̄i portat diuiſam: ſic nos amoꝛe ſui debem⁹ portare aliquā diuiſam. Dic q̃ q̃libet opus pniale eſt diuiſa xp̃i: q̃ ergo amoꝛe xp̃i ieiunat ⁊ eſt diſcoloꝛatus diuiſam xp̃i portat. Idē de illo q̃ portat ciliciū vel ſe diſciplinat. Idē de hoibus vel mulieribus q̃ amoꝛe xp̃i dimittunt vanitates ornamentoꝛ ⁊ vadūt hūiliter Greg. euidētiſſimū ſignū reproboꝛ eſt ſuperbia ⁊ electoꝛ humilitas. Nā q̃ō illoꝛū q̃ſq̃ ſupra ſe portat: ſub q̃ rege militat declarat. ¶ Tertia rō eſt ꝓpter commemoratiōnē victoꝛie de bello q̃ō hūit in die veneris ſctā. Ualt em̃ q̃ tm̃ negociū nō tradaꝫ obliuiōi: iō retinuit ſigna plagaꝛ. Hoc pōt declarari p parabolaz de nobili ciuitate ab infidelib⁹ inimicis obſeſſa crudeliꝛ ita q̃ nullū recipiebant niſi ad mortē. Sed venit nobilis fortis miles ⁊ valēs q̃ p liberatione bellauit cū inimicis: ⁊ finaliꝛ habuit victoriā ſed fuit in p̄lio grauiter vulneratus. Rex ãt ciuitatis habuit pitiſſimū medicū q̃ poterat ipſum totaliꝛ curare nec in eo appareret ſigna plagaꝛ ſed miles noluit immo voluit q̃ taliꝛ curareꝫ q̃ remaneret ſigno plagaꝛ ad cōmemoratiōnē victoꝛie. Hec magna ⁊ nobilis ciuitas eſt natura hūana q̃ fuit ab illo magno p̃ncipe lucifero obſeſſa vltra. v. milia āno rū. ſ. ab adā vſq̃ ad xp̃m: intm̃ q̃ nemunē recipiebat captiuū: ſed oēs ducebanꝫ ad mortē in infernū. Quis eſt hō q̃ vuit ⁊ nō videbit mortē: eruat aiam ſuaz de manu inferi: nec poterāt hȳe remediū Sz venit ille nobilis miles filiꝰ ẏginis marie armat⁹ hūanitateꝫ vt poſſet recipere ictus: qꝛ in ſua diuinitate nō poterat

pati:z in die veneris sancta intrauit p-
tiū Jherusalē:z sibi liberauit ciuitatē:sed
fuit grauiter vulneratꝰ p totuz corpus.
Rex aūt.i.deꝰ pr̄ poterat ipm̄ talr̄ cura-
re q̄ nullū signū remaneret in suo corpe
sed xp̄s voluit retinere signa q̄ntaz plaga-
rum p̄cipaliū in signū z cōmemoratio-
nē victorie. De hoc auctoritas z pro-
phetia Ysa.lxij.in psona angelorum di.
Quis est iste q̄ venit de edō:tinctis vesti-
bus de bosra.i.de tribulatione. Rñdit xp̄us.
Ego q̄ loquor iusticiā.qr cū possz liberare
ciuitatē hūane nature p potentiā z violē-
tiā noluit nisi p iusticiā liberare eā. Ecce
terria rō. Moraliter dicit Aug.qr sicut xp̄s
retinuit signa plagaz i memoratione
victorie:sic z i die iudicij oēs martyres
resurgēt cū signis plagaz z doloz: in si-
gnū memoratiōis z glie ipoz. Dicit ei
s.Aug.xxij.de ciui.dei.vt doctor sctūs di-
cit.iij.p.q.liij.ar.vl.q fortassis in illo
regno in corpib⁹ martyz videbim⁹ vul-
nez cicatrices q̄ p xp̄i noie ptulerūt. Nō
em̄ deformitas i eis sz dignitas erit: et
q̄dā q̄litas in corpe:nō corpis:sz fortitudo
fulgebit pulchritudo:vbi gr̄a ō.b. Th.
cant.q in capite fuit vulneratꝰ in die iu-
dicij resurget cū illo signo speciali rutil-
lanti z perlucido in capite:ita q oēs co
gnoscent signū martyrij i memoratio-
nē suā. Idē de bto petro martyre. Idem
de.b.paulo z Dyonysio:q fuerūt decapi
tati ppr̄ xp̄m. Idē de illis q fecerūt pniaz
apparebūt vestigia cilicij disciplinarū
z. Auctoritas. Semp mortificationē ie
su xp̄i in corpe nr̄o circūferētes: vt z vi-
ta ihesu manifestet̄ in corpib⁹ nr̄is.j.ad
Cor.iiij.z ad gal.vj. Decetero nemo mi
hi molestꝰ sit. Ego em̄ stigmata dñi ihesu
in corpore meo porto. Secretū q̄n aliqs
vult facere pniam nō stati repit socios:
sz q̄ facit pniam portabit splendorē glie
¶Quarta ratio est ppt ipetrationē ve-
nie seu mie p nobis apud pr̄em suppli
cando inquantū hō:qr inquantū deus
nō cōuenit sibi supplicare:qr supplica-
tio fit maiori:z xp̄s iquātū deꝰ est equa
lis pr̄i z spūi sctō:sz iquātū hō supplicat
pr̄i z orat p nobis z bñ expedit nobis:
qr alias iā fuissemꝰ cōsumpti ex pctis Au
ctoritas. Xp̄s ihesus q̄ mortuꝰ est: imo q̄
z resurrexit q̄ ē ad dexterā dei q̄ etiā in-
terpellat p nob. Ad Ro.viij. Ad declara-
ndū modū huiꝰ interpellatiōis nota
ui hystoriā quā recitat Iosephus de anti
pr̄e pr̄e Herodis ascalonite:q occidit in-
nocētes:qr p imperatore fuit vulneratꝰ
in multis prelijs. Qui fuit ab inuidis
accusatꝰ apd iperatorē de pditione. Et
citatus ab iperatore pparuit z rñdit:nō
verbo sz facto:qr nudatus ondit vulnera
iperatori dī. Non sunt ista signa pditio
nis sed fidelitatis. Tūc āpleratus ē euz
imperator z osculatꝰ. Sic miles xp̄s p ho
nore dei pr̄is bellauit. Et in domo xp̄i.s.
ecclia z in genere suo.s.hūano fuit mul
ta mala z pditiones q̄ deū pr̄em recurrē-
do ad diuinos inimicos dei z. Et clamo
res q̄rimonie z accusatiōes venūt quo
tidie coram deo pr̄e q̄ dicit filio. Fili in do
mo vra sustinetis vos pditiones cōtra
me z. Xp̄s rñdet pr̄i ondendo vulnera
di. Et q̄re recepi ego ista vulnera. Nūqd
vt exercetis eos ad pniam. Et deꝰ pr̄ licz
sciat ipz interrogat. Quid sunt iste plage
i medio manuū tuaz. rñdet xp̄us. His
plagatꝰ sum.s.p honore vr̄o in domo
eoz q̄ diligebant me. Zach.xiij. Nota in
domo eoz.s. patriarchaz z pphetarum
qui dilexerāt xp̄m:sz eoz filij fuerūt ma-
li:z ipm̄ odio habuerūt z ipm̄ vulneraue
runt. Ecce quarta rō. Moraliter pz qūo se-
cure possim⁹ confidere si volumꝰ corrigi de
pctis q deꝰ parcet nob:qr talem aduo-
catū ibi hēmꝰ. Nā si sīes in terra regis ha
beret aduocatū eloquentē:sapientem:z a
rege valde dilectum: posset securus esse
de grana regis. Talis aduocatus ē xp̄s
in cūria dei. Miser est em̄ q defendit se i
pctis vel desperat z nō cor git se. Ideo
j.Joā.ij. Filioli mei hec scribo vobis vt
non peccetis:sz z si q̄s peccauerit aduo
catum habemus apud pr̄em ihesuz xp̄m
et ipse est propiciatio pro peccatis no-
stris. ¶Quinta ratio est ppter manifesta

tionē inſtitie. Qñ xp̄s in die iudicij̄ deſcendet ⁊ ſtabit in aere ⁊ oēs gentes in circuitu ei⁹. Dicit Chryſo. ſup Mat. xxiij. q̄ tūc xp̄s oñdet ſigna plagarum di. Ecce q̄d ego feci ꝓ vob̄ vt vos redimerez et ianuā padiſi aperirē. Ecce manifeſtatio iuſtitie. Quid feciſtis vos ꝓ me. Bñ dictus erit ille q̄ potuerit oñdere aliq̄d op⁹ notabile factū ꝓ xp̄o ꝓbi gr̄a. Dicēt illa die deuoti religioſi. Dñe nō feci tm̄ ꝓ vob̄ cp̄tū vos feciſtj ꝓ me: ſz amore vr̄i renūciaui libero arbitrio cui naturaliter i clinabar ꝓ votū obediēte. Itē dimiſi diuitias tpales ꝓ votū pauptatis. Idē de bonis clericj ⁊ laicis dicētib⁹. Dñe vos amore mei fuiſtj plagat⁹ in capite: ⁊ ego amore vr̄i dimiſi ornamenta ⁊ vanitates capitis. Itē ſicut vos habuiſtis facie de turpatā ⁊c. amore vr̄i amiſi pulchritudinē faciei. ſ. ieiunando ⁊c. Itē vos amore mei extēdiſtj man⁹ in cruce ⁊ ego amore vr̄i extēdi manū dextrā dādo elemoſynā ⁊ ſiniſtrā faciēdo reſtitutionē. Itez habuiſtj lat⁹ aptū ⁊ ego remiſi de corde inimicis. Itē habuiſtj pedes clauatos ⁊ ego abſtinui a malis paſſib⁹. Tūc dicet xp̄s. Et q̄ fuiſtj mihi ſiles i doloꝛib⁹ eritis mihi ſiles i gl̄ia. Venite bñdicti ⁊c. Mat. xxv. Deide dicet xp̄s hiis q̄ erūt a ſiniſtrj. Ecce q̄d feci ꝓ vob̄ oñendo ſigna plagar̄ q̄d feciſtj ꝓ me. At illi tacebūt. Et tūc xp̄s dicet. Ecce ſuſtinui ꝓ vobis doloꝛes in capite: ⁊ vos habuiſtj caput plenū vanitatib⁹ pōpis: ſupbia ⁊c. Ego habui man⁹ pforatas: ⁊ vos feciſtj rapinā. Idē de alijs ⁊c. Jō. Ite maledicti ⁊c. Diſcedite a me ma. mat. xxv. De hoc pphīa. Aſpicēt ad me, quē ꝓfixerūt ⁊ plāgēt eū plāctu q̄ſi ſi ſup vnigenitū: ⁊ doleb̄t ſup eū ſicut doleri ſolet i morte ꝓmogeniti. In illa die magn⁹ erit plāctus in hierl̄z: q̄ ibi erit iudiciū: ſic plāct⁹ ad remō i cāpo magedō. zacha. xij. ¶ Sexta rō eſt ꝓpt̄ iſormationē ſine ꝓtinuationē pnie. Dñs ihs i tpe pnie. ſ. in die veneris ſcā recepit q̄nq̄ plagas ꝓncipales: ⁊ p⁹ reſurrectionē i tpe paſchali ipas voluit retinere: ſz nō ita magnas ſicut q̄n ipas recepit: ſic nos i tpe pnie. ſ. i. xl. recipim⁹ q̄nq̄ plagas i q̄b⁹ ꝓſiſtit tota pnia. ⁊ mō tpe q̄drageſimali ⁊ paſchali debemus eas retinere: ſz nō ita magnas ⁊ fortes. Prima plaga fuit ꝓtritio dolorioſa de peccatis cōmiſſis ſi bon⁹ xp̄ian⁹ es in. xl. doluiſti de pctis. De iſta plaga dz nūc remanere ſignū. ſ. ꝓpoſitū nō redeundi ad pctā: iunt mlti: q̄ credūt q̄ ſolū in. xl. oñt facere pniam ⁊c. imo oī tpe neceſſariuz ē cauere a pctis. Jō xp̄s dixit. Vade ⁊ iā ap̄li⁹ noli peccare. Jo. viij. Scda plaga fuit ꝓfeſſio pudoꝛioſa: ⁊ illā plagā dī q: doloꝛioſuz ē ſeipm diffamare. De iſto eſt tenēdū ſignū q̄ die dñica ſitis i ꝓfeſſiōe miſſe: q̄m illa ꝓfeſſio ſignū ē illi⁹ plage. ſ. ꝓfeſſiōis i q̄drageſima. iō ꝓ vob̄ dī añ miſſā ꝓfiteor. Nā ſacerdos dz eē ꝓfeſſus ſacramētalī ſi mortalī ꝓmiſit ⁊c. Jō dō. ps. xcix. Ppls ei⁹ ⁊ oues paſcue ei⁹ itroite portas ei⁹ ꝓfeſ. Tertia plaga ē afflictio doloꝛioſa. ſ. ieiunare: non comedere carnes: plaga ē doloꝛioſa non ꝓſuet⁹ ⁊c. Signū retētiois hui⁹ plage ē tēperātia in cibo ⁊ potu. Itē vt ieiuni veniatj ad miſſaz die dñica: q̄ hz loq̄ cū rege vel papa nō bibit añ ⁊c. ⁊ talj pōt dicere. Dirigat̄ dñe oꝛo mea: ſicut incē. i ꝓſpe. tuo. p. cxl. Quarta plaga ē reſtitutio copioſa. Signū retinēdi hui⁹ ē decetero nō facere vſurā nec ſimoniā: nec rapinā: nec furtū: nec retinere mercedē eis debitaz: nec rē inuētā: nec decimas: nec ꝓmitias: nec bona eccl̄ie: nec hoſpitalitū: nec defūctoꝝ iuxta illō ap̄li. Qui furabat̄ iā nō furetur magis aūt laboꝛet opando manibus ſuis q̄d bonū ē ⁊c. ad Eph̄. iiij. Quinta plaga eſt remiſſio iniuriola. ſ. remittere iniurias. Iſta ē plaga laterj q̄ reſpicit coꝛ ⁊ doloꝛioſa plaga eſt. Signū retinēdi hui⁹ ē ne decetero portem⁹ odiū: rācorē ⁊c. ſz pacē ⁊ amorē ⁊ vnitatē ⁊ cōcoꝛdiā. In hoc ei cognoſcēt omnes q̄ diſcipli mei eſtis ſi dilectionē hētis adiuicē. Jo. xiij. Ut hec mādo vob̄ vt diligatj inuicē ſicut dilexi vos. Joā. xv. De hiis ſignis dicit Ber. Data ſunt q̄dā ſigna ⁊ indicia manifeſta ſaltē vt idubitabile ſit eī eē de nūero electoꝝ in q̄ hec ſigna pmāſerint. No. hāc materiā de cicatricib⁹ ⁊ rōnes ꝓpter q̄s cicatrices ſuauit xp̄s in eternū i corpe manſuras. q̄s vt Beda ſup Lu. dicit. Nō er ipotētia curādi ſuauitj vt ippetuū victorie ſue circūferat triūphū. Tāgit. b. Tho. iij. p. q. liij. ar. vl. p totum. ¶ De eadē dñica. Sermo. v.

vestis innocētie ꝛ signū character ꝛ deturpat: ꝛ nō perdit: imo remanet semp in dānatis: qr indelebilius est. iiij. dist. iij. q. ꝛ. ar. iij. q. iij. Et. iij. pte. q. l. ar. iij. ad tertium. ꝛ. q. lxij. ꝛ. lxvj. ꝛ. lxxij. Ideo ioannes. Apoc. xvj. Beatus qui vigilat ꝛ custodit vestimenta sua ne nudus ābulet ꝛ videant turpitudinē ei⁹. Quia alia nuda magis est abominabilis ꝙ corp⁹ nudum. Moraliter. Dic quō parētes debēt puidere ne filij eoꝝ perdant hāc vestem innocentie nutriēdo eos ꝛ dando bonas doctrinas. Primo vt sciāt se signare. Secūdo ꝙ ginē mariā salutare tanꝙ reginā ꝛc. Itē ne iurēt: ne mentiant ꝛc. Qm̄ magna est culpa parentuꝝ si filij sunt mali. Quia qñ sunt parui: iuuenes ad instar ꝙgule dirigi pñt ꝛc. Ideo dicit xp̄s beato ioanni. Habes pauca nomina in sardis q̄ nō inquinauerūt vestimēta sua. ꝛ ambulabūt mecū in albis: qr digni sūt Apoc. iij. Not. sardis interpretatur principatus vel pulchritudo. Ecce innocētia baptismi in qua pauci sunt. Jō dicit. Habes pauca nomina in sardis. Unde dicit apl̄s. Nolite cōtristare spm̄ sanctū. s. qui habitat in vobis in quo signati estis in die redemptiōis scz baptismi. ad Ephe. iij. Scō dat de⁹ signū de militia spūali: ꝛ hoc in sacramēto cōfirmatiōis q̄ nō pōt dari nisi ab epō: imo est q̄stio. Utruꝝ papa posset cōmittere simplici sacerdoti vt pfirmet: ꝛ aliqui doctores tenēt ꝙ nō: beat⁹ Tho. th̄ in. iiij. scrip. dist. vij. q. iij. ar. ꝛ. q. iij. ꝛ di. xxv. q. ꝛ. ad tertiū. ꝛ. iij. parte. q. lxij. ar. ij. ad primū: tz ꝙ pfirmatio cōferri pōt a simplici sacerdote ex cōmissione solu⁹ pape: nō aūt a dyacono. Hoc signū datur a xp̄o qñ ep̄s dicit. Consigno te signo crucis ꝛc. ꝛ dat sibi alapā vt recordetur. Sic etiā pacif̄ miles alapa vt ense qñ fit miles. Jō dr signū militie qr in ea dat robur ad pugnā spūalē vt dicit sctūs Tho. iij. pte. q. lxij. ar. iij. ad tertiū. ꝛ ar. v. vj. ix. ꝛ. x. hoc signuꝝ est ad instar monilis aurei i frōte: intm̄ ꝙ qñ aia intrat paradisum statim cognoscit quō vnus fuit pfirmatus ꝛ nō alius ex illo signo militie spūalis. Jō factatis cōfirmari filios vestros. Quia cōfirmati habēt maiorē gloriaꝝ in celo ꝙm̄ nō pfirmati vt dicit sctūs. Tho. iij. par. q. lxxij. arti. viij. ad quartū. Et in pfirmatione cōfert plenitudo gr̄e spūssancti. vt in dicto ar. ſ. et cōfirmatio roborat aiam ꝓ alias impugnationes quo ad fidē: vt in. iiij. dist. vij. in litterali expositione. ꝛ. iij. c. q. arti. ix. De illo signo dicit scriptura. Nolite nocere terre ꝛ mari neq; arboꝝ⁹ quoadusq; signem⁹ seruos dei nostri in frontibus eoꝝ. Et audiui numerū signatoꝝ cxliij. milia signati. Apoc. vij. Not. Nolite nocere preceptuꝝ est xp̄i ad antixp̄m ꝛ suos di. Nolite nocere terre. i. laicis laboribus ꝓ terrenis. Neq; mari. i. penitentibus qui dicuntur mare ob contritiōis amaritudinē. Neq; arboꝝ⁹. i. personis pfectis in bonis opib⁹ fructificantibus. Ideo ex isto sacramēto cor xp̄iani cōfirmat intm̄ ꝙ tpe antixp̄i fortior erit cōfirmatus ꝙm̄ alter nō cōfirmatus. Ideo xp̄s pcepit apl̄is. Luc. vlt. Sedete in hierlm donec induamini ꝓtute ex alto: idest donec sitis confirmati. Qr licet apl̄i fuerūt a xp̄o baptizati baptismo christi vt dicit sctūs Tho. iij. scrip. di. xxix. ꝛ ar. iij. ad tertiū: nō th̄ fuerūt pfirmati vsq; ad diez penthecostes. Ideo dixit eis. Sedete id est nō intretis bellū predicationis: quia nō estis fortes donec induamini ꝛc. Fuerūt em̄ apostoli cōfirmati a xp̄o. Sz sine materia: vt dicit sanct⁹ Tho. di. vij. q. ſ. ar. ij. q. ſ. ad tertium. iij. pte. q. lxij. ar. ij. ad primū. Sic in quattuor prelijs antixp̄i multi erunt nō fortes: qr nō sunt confirmati qui timore negabunt fidem.

Primū prelium erit per dona placētia.
Scōm ꝓ miracula apparentia.
Tertiū ꝓ insolubilia argumēta.
Quartū per durissima tormenta.

mutuādū:ſtati ſequtur crudelitas de vſura ꝛc.¶Quarta crudelitas ē in ſoluēdo Sūt multi crudeles q̄ nolūt ſoluere ſoldatū ſeruis ⁊ ancillis laborātib⁹. Cuilibet tali dicit dñs. Quicūq; tibi aliquid opat⁹ fuerit ſtati mercedē eius ei reſtituere:⁊ merces mercēnarij tui apud te oīno nō remaneat Thob.iiij.Et Leui.xix,dr Nō morabit⁹ op⁹ mercēnarij tui apud te vſq; mane.¶Quinta crudelitas eſt.ſ.in retinēdo bona defunctoꝝ:nō complendo teſtamēta ⁊ ordinatiōes eoꝝ.Quam crudelis eſſes ſi videres patrē tuum vel matre in igne ⁊ nolles eos iuuare cū poſſes Maior crudelitas eſt de alab⁹ q̄ cōburūtur in igne purgatorij calidiore iſto incō parabiliter ⁊ clamāt ad dñm.O dñe iuſtitia de filio meo proditore ſiue de here de ꝛc.Autoritas.Audite dirit xp̄s quid iudex iniq̄tatis dirit.De⁹ nō facit vindictā electoꝝ ſuoꝝ clamātium ad ſe die ac nocte ⁊ patiētias habebit in illis.Dico aūt vobis q̄ cito faciet vindictā illoꝝ. Luce.xviij.⁊.xiij.q.ij. Qui oblationes defunctoꝝ aut negāt eccleſiis aut difficulter reddūt tāq; egentiū necatores excōicent.xij.q.ij. Qui abſtulerit aliq̄d patri vel matri;dicetq; hoc pctū nō eſſe:homicide particeps eſt ꝛc. De iſtis crudelitatib⁹ arguet mūdū xp̄s in iudicio.Autoritas.Cū venerit filius hois in maieſtate ſua ⁊ oēs āgeli ei⁹ cū eo ꝛc.Mat.xxv. ¶Quātū ad tertiū pctū de infidelitate ꝫ deū ē.Illōpctū ē mai⁹ aliis:qr ꝫ deū imediate.de hoc loq̄t ſingulr thema. Cū venerit ille arguet mūdū de peccato. Subdit de pctō q̄dē:qr nō crediderūt in me.Nihil tā reprēſibile ē in ſubdito ſeu vaſallo q̄s infidelitas ⁊ multiplex inuenitur.Prima eſt infidelitas cordis aliquoꝝ xp̄ianoꝝ:q̄ ſolo noie dñr xp̄iani:ſz i cordē ſuo no hñt firmā fidē nec clarā credētiā dicētes Quid ſcit hō q̄d ē in alio mūdo.Alius dicit.Quō eſt poſſibile q̄ in taz parua hoſtia ſit tot⁹ xp̄s.ꝛc.Nō ē ipoſſibile apud deū oē verbū ꝛc.Et pctis em̄ ⁊ mala vita diu continuata pditur fides in corde:⁊ lz in ore nō audeāt dicere ex timore:th in corde titubant.Autori.Eo nā cōſciētiā quidā repellētes circa fidez naufragauerūt.ſ.Thimo.ſ.Jō quolibet mane ⁊ ſero debetis dicere.Credo in deū genib⁹ flexis cū ꝓteſtatiōe:⁊ ſic cōſeruatur fides in corde.Scōa eſt ouis iurādo crudelr:renegādo:blaſphemādo ꝛc.qui renegat dñm ſuū infidelis eſt. O quoties renegat deus maxime in ludis.Jō prudeat ne maledictio ⁊ dānatio incurrat. Un̄ dicit ſcriptura ſcā.Dñe maledicti erūt q̄ cōtēpſerint te:⁊ cōdēnati erūt oēs q̄ blaphemauerint te.Thobi.xiij. Tertia eſt manuū recipiēdo vindictā de inimicis qr facere vindictaz ad regē ptinet q̄ ergo aufert regalia regi infidelis eſt. Uindictā em̄ facere regale eſt dei. Mihi vindictam ſupple reſeruaui:⁊ ego retribuaz dicit dñs. Roīn.xij.Quarta eſt pedū.ſ.eundo ad;demones.ſ.diuinos:ſortilegos:piuratores:inimicos xp̄i. Qualis infidelitas eſt ſeruoꝝ q̄ in ſuis deneſſitatib⁹ recurrūt ad inimicos;cū eis habētes ſua colloq̄a ⁊ ꝓſilia.Talis ē xp̄ianoꝝ recurrentiū ad demōes ꝓ ſanitate habēda vl inuētione ei⁹ qō pdidiſtī:nec valet excuſatio dicētium.Nō habemus hic medicos nec apothecarios pmittaz ergo mori filiū meū patientē ꝛc.Falſum eſt:qr xp̄s medic⁹ magnus vbiq; eſt:ad ip̄m ergo recurredū eſt q̄ ꝓtute nois ſui curat oēm infirmitatem.Quinta infidelitas eſt totius corpis q̄n illi de matrimonio ⁊ alij faciūt luxuriā. Qō ſit infidelitas clarū eſt:qr q̄n vir curat de vxore alterius vel de alia muliere:fidem ꝓmiſſaz vxori frangit ⁊ econuerſo.De illis q̄ nō ſunt de matrimonio q̄ luxuria ſit infidelitas:pbatur ſic.Nā ille q̄ imaginē xp̄i crucifixi vel ꝟginis marie proiecerit in latrinā eſſet infidelis ⁊ proditor.Modo nulla imago eſt magis propria imagini dei q̄s homo.Autoritas. Ad imaginem dei fact⁹ eſt hō Geñ.ir. Nō ſol nec luna nec aliq̄ ſtellaꝝ hz imaginē dei q̄n ergo tu facz luxuriā tu p̄ūcz imaginē dei i latrinā ⁊ lutuz luxurie.Dicaī ꝓtra illos q̄ dicunt ſimplicē fornicationē nō eſſe peccatū.De luxurioſis aūt dr.Gēnatio enim peruerſa ē ⁊ infideles filij.Deute.xxxij.Ergo cū venerit ille arguet mundū de pctō ſcz infidelitatis.Taliter ergo viuamus vt ꝓtra iſta tria peccata de⁹det nobis tres virtutes eis oppoſitas :contra ocioſitatem diligentiam ſpiritualē : contra crudelitatem dilectionē ꝓximalem:⁊ cōtra

infidelitatem credentiam cordialē hic per gratiam.

¶De eadem dñica tertia post octa. pache de epistola. Sermo.liij.

Erbū pōt salua

re aias vras. Jac.j. Jstud ✠ bū dat mihi motuū p̄dicandi de effectu verbi dei in salutione aiaꝝ. Materia erit bona ꝛ vtil. Sed p̄mo saluteꝫ ✠go maria ꝛc. Jst̄ ✠bū indiget breui declaratiōe p introductione materie. Pro q̄ sciēdū q̄ in sacra scriptura ✠bū dei accipit dupl'. Qr inuenit ✠bū dei p̄mo ppuū ꝛ eternale. Scōo inuenit ✠bū dei cōe ꝛ tpale. Quātuz ad p̄mū illud ✠bū est filius dei: nō est ✠bū trāsitouū vt meū ✠bū vel tuū qō nō durat nisi q̄diu fit: sed ✠bū dei est eternū ꝛ durabile sine p̄ncipio ꝛ sine fine. Uñ beat⁹ Tho. multiplicē ponit differētiā inter ✠bū diuinū ꝛ nr̄m ✠bū. Uerbū em̄ diuinū vt dicit in de potentia. q. ix. art. v. est tm̄ vnū pfectū ꝛ idē q̄ essentia diuina: tō est filius. Nō aūt nr̄m: qr est multiplex imperfectū ꝛ accidēs. Jdē i de potētia. q. viij. ar. j. in corpe articuli dicit q̄ ✠bū nr̄m non pmanet in intellectu nr̄o: nisi durante actu intelligēdi sz clarꝫ est q̄ ✠bū diuinū nō est trāsitouū nec tpale sed eternū. Dicat̄ de illo magno alphaq̄no. s. sacerdote sarracenoꝝ q̄ petijt a magr̄o vincētio q̄uo pōt fieri qō de⁹ habeat filiū. Cui rñdit magr̄ vincētius. Tu credis q̄ de⁹ sit eternus. Rñdit q̄ sic. Et credis q̄ sit mutus vel loquat̄. Rñdit q̄ non credebat ipm mutū esse: sed qō loq̄bat̄. Et magr̄ Et illud ✠bū ✠ filius dei. De quo verbo Jo. j. In puncipio. i. mundi erat ✠bū: et verbū erat apud deū. s. p̄fem: qr p̄ nō est suum verbū: sed distinguunt̄ psonaliter Et deus erat verbū. Si thema intelligatur de isto verbo: certū est q̄ pōt saluare aias nostras. s. causaliter ꝛ principaliter: qr ipe cā totalis ꝛ p̄ncipalis ē nr̄e salutionis. Jdeo dixit angelus ioseph̄ sponso ✠ginis marie: postq̄z virgo concepit filiū dei. Uocabis nomē ei⁹ iesum. i. salvatorem. Jpse em̄ saluum faciet pp̄m suum. s. credentes ꝛ obedientes a peccatis eoꝝ. Mat. j. Si de isto verbo volum⁹ loqui data est thema. ¶Dico scōo q̄ inuenit in sacra scriptura verbū dei cōe et tpale: qr habuit puncipiū ꝛ istud est verbum sacre scripture tā in veteri q̄ in nouo testō ꝛ verbum predicationis. Sed q̄ re sacra scriptura ✠ verbum dei ꝛ nō: prophetaꝝ vel euangelistaꝝ. aut apl̄oꝝ vel predicatoꝝ. Et dico hic q̄ ppuus ✠ verbū dei q̄ p̄dicatoꝝ dei. Rō: qr si organuz cithara: phyala vel fistula facit bonum sonum ꝛ gratū audientibus: ille sonus cuius erit organi an fistule: nūq̄d organi vel fistulatoris: certū est q̄ sic: quia ipse monet organū ꝛc. Jō deus est bon⁹ fistulator: pphe ꝛ apli ꝛ euāgeliste ꝛ p̄dicatores sunt organa vel fistule: ꝛ simpliciter sunt instr̄a: sed deus est ita bon⁹ magr̄ q̄ cū malo instr̄o facit sonū bonū Nō em̄ vos estis q̄ loq̄mini: sz spūs p̄ris vestri q̄ loq̄tur in vobis. Mat. x. Jsta est rō quare verba sacre scripture dicūtur ✠ba dei. Unde dicit scriptura. Cum accepisses a nobis verbū auditus dei: accepistis illud non vt verbū hoim: sed sicut est vere verbū dei. j. ad Tes. ij. Jstud ✠bū est cōe multis ꝛ tēporaliter. De illo ✠bo ego volo pertractare thema ꝓpositum. qr de isto verbo est difficultas quomodo potest saluare animas. Jstud verbū q̄ñ est digne predicatum ꝛ deuote auditum facit tria.

Primo illuminat in cognitione de rebus spiritualibus.

Secundo inflammat in dilectiōe de bonis celestialibus.

Tertio purificat de infectione de culpis mortalibus.

Jsta tria sufficiūt ad salutionē aiaꝝ ergo verbum pōt saluare animas nostras. ¶Dico primo q̄ ✠bū istud q̄ñ est p̄dicatū digne ꝛ auditū deuote: illuminat auditores in cognitione spūalium: qr illa q̄ sunt fidei p aures h̄nt intrare in corde non p oculos nec aliter. Jta sunt alta ꝛ transcēdentia illa q̄ fidei sunt q̄ nō p̄nt intrare in corde nisi per aures. ✠bi gr̄a. Uos creditis q̄ q̄ñ homo moritur ꝛ aia separatur a corpore q̄ vivit ꝛ vadit vel ad paradisum si fuit bone vite: vel ad purgatoriū vel ad infernū si fuit impenitēs. Jsta veritas nō intrat in corde vestro p oculos: qr vos nō potestis videre animā q̄ñ recedit a corpore q̄tūcunq̄ respicia-

tis. Sz ista ꝟitas intrauit p aures qꝝ ita dicit apl's. Fides est ex auditu auditus aũt p ꝟbũ xpi ad Ro.x. Si eñ videreꝫ ad oculũ nõ haberem⁹ mentũ. Si creditis vos qꝝ hostia sit alba vel rotunda nec grates nec grãs meremini. Sed credere qꝝ xp̃s de⁹ z hõ sit int⁹: vt dicit ꝟbũ dei ẽ meritũ: ista ꝟitas p aures intrat auditus aũt p ꝟbũ dei intrat. Itẽ qñ creatura baptizaꝫ ab ea expellit diabol⁹. Jõ exorcizaꝫ qꝝ añ baptismũ inhabitaꝫ a diabolo: in baptismo aũt exit z venit spũs̃ctus z vos nõ videtis ꝯtũcũqꝫ attẽte respiciatis: qũo ꝯscitis istã ꝟitatẽ p ꝟbuz dei. Itẽ qñ sacerdos dicit illa ꝟba a xpo ordinata xp̃s venit in hostia: vos nõ videtis ipm venire: tñ creditis ipm ibi eẽ ex ꝟbo xpi: qꝝ multoties audiuistis predicare. Sed diceres. Uñ est qꝝ nos non possum⁹ ista spũalia percipere. Dico qꝝ ex carne impedimẽte. Sicut si ego tenerẽ ocularia de vitro rubeo vl' colore alio: oia q̃ viderẽ essent eiusdẽ coloris i mea apparẽtia: lz esset falsum iudiciũ. Qꝝ audiui z ita est qꝝ ille est indut⁹ de albo z ille de nigro z c. Ita est de oculis aie ꝯdiu videt p ocularia corpis nõ videt nisi corpalia: iõ p auditũ hz iudicare de spũalib⁹. Sz qñ est separata a corpe qũo vadit ad padisum vel ad purgatoriũ vel ad infernũ videt xp̃m in hostia ꝓsecrata: videt diabolũ recedẽtẽ a creatura qñ baptizaꝫ z spiritus̃ctũ veniẽtẽ. Ecce rõ ꝯre pvisum non possum⁹ cognoscere spũalia: ꝑ p auditũ ꝟbi dei: nõ dicebat Dõ. Lucerna pedib⁹ meis ꝟbũ tuũ z lumẽ semitis meis. ps. cxviij. No. passus eũdi ad padisuz sunt ꝟitates fidei z bona opa. Si oraſtis hodie iã fecistis vnũ passum: aliũ si dedistz elemosynã: aliũ si audiuistis missaz z c. Jõ Dõ. Jbũt de ꝟtute in ꝟtutẽ: videbiꝫ de⁹ deoꝝ in syõ. Sz multi sunt q̃ errant circa istos passus quẽadmodũ ille q̃ vadit de nocte p viã piculosam lutosã z lapidib⁹ plenã indiget lumine alꝫ z c. Ita ꝯdiu nos sum⁹ invia huj⁹ mũdi piculosa z lutosa in q̃ sunt moles lubrice imũde de luxuria z alijs multis pctis. Jõ indigemus lumine lucerne ꝟbi dei. Si ei istud lumẽ ꝓcederet nõ impingerem⁹ in tñ. Uerbi gra. qñ iuuenes interroganꝫ a confessore: dicũt qꝝ fecerũt luxuriã cuz publicis mulierib⁹ z excusant se dicẽdo z c. qõ pctm̃ est. Ecce qũo ledunꝫ iõ ẽ nobis necessariũ ꝟbũ dei vt illuminet. Nã si cũ filia regis peccaretis: qõ pctm̃ esset nonne esset ꝑditio: z nõne oẽs mulieres sunt filie dñi tui regis iesu xpi: sibi q̃ facis iniuriã z ꝑditionẽ: si ꝟo ipe rex dat tibi filiã suã i vxorẽ: tũc habeas solaciũ cũ ipsa. O quot cadũt in luto isto periculoso: ꝓpter hoc necessariũ est lumẽ ꝟbi dei. Diceret aliq̃s. Ego nõ peccaui cum mulierib⁹: sed mecũ tãgẽdo z c. nõ potestis dicere qꝝ fecerim iniuriã alicui: imo qꝝ q̃ ꝓcit calicẽ ꝓsecratũ in luto sciẽter magnũ pctm̃ facit. Noueritis qõ magis cõsecratũ est corp⁹ xpiani qꝫ calix ad recipiẽdũ corp⁹ xpi. Qñ q̃ tãgendo facit illud pctm̃: ꝓcis calicẽ corporis in latriniã z grauius peccas. O quot cadũt ibi qꝝ nõ ꝓcedit eos ꝟbũ dei. Alij ipingunt in lapides duros vt vsurarij. Qui qñ a cõfessore interroganꝫ si faciũt vsuraz: dicunt non. Et nunq̃d mutuatis: imo z q̃liter. Ego mutuo. x. florenos z in instro ponunꝫ. xij. z dicũt nunq̃d hoc est vsura. Et q̃re? Nõne de meis pecunijs possum recipe lucrũ. Dicaꝫ qũo recipiunꝫ: qꝝ pecunie nõ sũt sue: ipsi solũ sunt thesaurarij. Si ergo thesaurarius regis ꝯ voluntatẽ z ordinationẽ suã dispensaret pecunias regis: q̃d faceret de ipso rex z c. Ita solus xp̃s est dñs pecuniaꝝ: bladi: vini: z olim fructuũ z olim aliaꝝ rer̃. Autoritas dauid. Dñi est terra z plenitudo ei⁹ Diuites aũt sunt eius administratores z thesaurarij z non dñi: qꝝ ille q̃ est dñs alicuius rei nõ tenetꝫ alteri reddere computum. Sed vos tenemini reddere computum: immo de oibus q̃ habuistisz expendistis qũocunqꝫ z qualitercunqꝫ z c. Autoritas. Sic nos existimet hõ vt ministros xpi z dispensatores ministerioꝝ dei z c. j. Coꝝ. iij. Multi errant ergo ꝓpter defectuz luminis. Ecce quare dicit dauid. Lucerna pedibus meis verbum tuum: quo hõ regitur in hoc mũdo. Secũdo dicit. Et lumen semitis meis. No. dñiam inter viã z semitam. Uia gñalis est credentia que habetur de deo naturaliter qõ est vnus deus creator z gubernator omniũ: vna prima causa: primus motor z primum principium z c. Semi-

revero sunt secreta fidei: q̃ naturaliʒ non pñt sciri nec videri: sz solũ sciunt̃ p diuinã reuelationẽ. Jõ dicit. z lumẽ sentitis mei. ptz pma ꝑs ꝓ. ꝟbi dei. ¶Scõa ꝟtus ꝟbi dei est q̃ inflãmat in dilectiõe celestiũ. Jã scitis q̃ oia bona huiꝰ mũdi finẽ habebũt z dimittenda sũt sic̃ sunt honores: diuitie: dignitates: ẽt si essetis rex vel papa opz dimittere z pdere oia: z sepeliri z corrũpi z tũc pdũt delectatiões corpis z solatia: q̃ nec vxor nec filia vel lentire vobiscũ: io necessariũ est inflãmare se: z desiderare bona spũalia z esse cũ deo z cum sctis. z stare cum ipis. O q̃lis honor z q̃lis dignitas hĩe societatẽ cuz pñarchis z ꝓphetis: aplis ꝛc. Jtẽ de diuitijs. Nũq̃d aliq̃s in hoc mũdo quãtũ cunq̃ diues habuit q̃cq̃d voluit: ꝓfecto non. Et in paradiso q̃libet hz q̃cq̃d vult et desiderat: z sunt imortales: ipassibiles: ꝛc. De his bonis ergo hõ oz se inflãmare z nõ de bonis huiꝰ mũdi. Hoc fit per verbũ dei qõ inflãmat cor. Auctoritas. Nunq̃d nõ ꝟba mea sunt q̃si ignis ardens dicit dñs. z quasi malleus ꝓterens petrã. hiere. xxiij. Uerba dei sunt quasi ignis ardens. ꝫ ad oculũ potest̃ videre q̃ multi veniũt ad sermonẽ frigidi: qui audiendo sermonẽ calefiũt. Frigidus est superbus: sz calefit q̃n humiliat. Idem de alijs petis. In ꝟbo enĩ ꝑdicationis calefiunt. z ille qui ꝑdicat sufflat z incendit ignẽ: z gentes calefiũt. Unus recedit ita calefactus z inflãmatꝰ vt viuat caste: aliꝰ remittẽdo iniurias inimicis: aliꝰ satisfaciendo. Jõ xp̃s. Luc. xij. Ignẽ veni mittere in terrã. s. amoris z charitatis: quia gentes erant frigide valde z cõgelate: z non curabant de bonis paradisi: sed de bonis huius mundi. Dicit secundo. et quasi malleus conterens petras. Sicut enim verbum dei dicitur ignis: quia inflammat cor in dei amore: ita dr malleus conterens petrã durã cordis in amore. p rum multi hñt cor lapideũ dicendo nõ parcerem inimicis: sed malleo verbi dei frangit̃ cor z facit̃ pacẽ p amore dei et non ꝓpter saluationem animarũ. De illo autẽ q̃ nõ vult remittere dr Job. xli. Cor eiꝰ ldurabit̃ tanq̃ lapis z stringet̃ q̃si malleatoris incus. Tertia ꝟtus ꝟbi dei est q̃ purificat de infectiõe de culpis criminalibꝰ: q̃ verbũ dei q̃n deuote auditur totam aiaz purificat itellectũ: memoriã: z voluntatẽ. Nota hoc exẽplũ in vitis patrũ de quodã hoste q̃ ex deuotiõe iuit ad visitandũ vnum sctm̃ heremitã querens ab eo regulã z modũ bñ viuendi: vt posset saluare aiam suã cũ eẽt rudis z ignorans q̃d deberet facere. Rñdit heremita. Audias sermones euãgelicales nõ q̃stionales. Et ille. Libenter audio z multũ delector in audiendo: sz post nõ recordor de aliq̃ ꝟbo sermonis. iõ q̃d mihi ꝓderũt. Tũc sctũ z hõ volẽs sibi oñdere ad oculũ effectũ ꝟbi dei i purificando a culpis z maculis pctõꝝ: misit eũ ad fontẽ cũ vna cistella foraminibus plena. vt mundaret sibi aquã i cistella. Ille aũt nolẽs sancto homini ꝛtradicere iuit z ipleuit cistellã: sz q̃n extrahebat ipaz de fonte stati cistella euacuabat̃: sed fuit purificata. Qui veniẽs de fonte dixit se aquã non posse portare ꝛc. Et heremita. Q̃n tu uisti ad fontẽ cistella erat imũda. Rñdit q̃ sic: z modo est pulchra. Ita pari mõ q̃n tu vadis ad sermonẽ vadis ad fontez. De q̃ Eccliã. j. Fõs sapiẽtie ꝟbũ dei excelsis. Cistella immũda ẽ ꝓscientia z vagabũda z crapulosa. z q̃n audis sermonẽ ipleẽ tota. z memoria nihil retineat. tñ purificat̃. Ecce pulchra similitudo z confirmatur auctoritate xp̃i dicẽtis. Jã vos mũdi estis propt sermonẽ quẽ locutꝰ sum vob ꝛc. Joan. xv.

¶Dñica. iij. post oct. pasche. Sermo. j



Pater amat vos quia vos me amastis. habetur ꝟbum illud tertialiʒ. Joan. xvi. z officiatur in euangelio hodierno. z si placet deo habebimus bonas doctrinas. Sed prius salutetur virgo maria ꝛc. Totum sanctũ euangelium hodiernum est verbuz xp̃i consolatoriuz q̃ xp̃s dixit apostolis cõsolando eos: quia erant valde tristes. quia xp̃s dixerat eis q̃ in die iouis seq̃nti erat ab eis recessurus de quo erãt valde tristes. Nec mirum. quia amore sui dimiserant patriam: bona: amicos z parentes. z q̃ recederet ab eis: non visuri eũ vnq̃ i hoc mũdo: ex hoc erãt multũ

desolati.Qñ enī amicus chare dilectus recedit ab alio amico cuj q̄ habuit magnā familiaritatē:stando: comedendo: bibendo: dormiendo ꝛc. alter remanet valde tristis ꝛdesolatus:imo etiā bestie irrōnabiles si vna fuerit diu cū alia in eodē stabulo ꝛ alia recedat altera nō potent comedere nec q̄escere.Hoc naturale est.Idē de aplis.Auctoritas. Vado ad eū q̄ misit me:ꝛ nemo ex vob interrogat me q̄ vadis.Sz q̄ hec locut⁹ sum vob. tristitia ipleuit cor vestrū.Jo. xvj. Ideo xp̄s dedit tres magnas consolationes.

Puma est de erauditione generali.
Secunda de declaratione spirituali.
Tertia de acceptione diuinali.

¶De tertia aūt q̄ de⁹ pater habeat eos acceptos loquit thema dicēs.Pr̄ amat vos:q̄ vos me amastj. Quātū ad p̄mū xp̄s cōsolādo apostolos ꝓmisit eis eruditionē gñalē de oib⁹ q̄ peterent in oīone. Maxima cōsolatio debuit esse apostolis ista promissio:ac si rex diceret militib⁹ suis petatis grās p̄uilegia:dona:q̄ ego ꝓmitto vobis dare. Bene eēt magna ꝓsolatio militū.Uel si papa diceret clericj.Sciatj petere bñficia dignitates episcopat⁹:q̄ ego vobis promitto q̄ vobis dabo:q̄lis ꝓsolatio eēt clericis Quāto magis apostoli debuerunt esse ꝓsolati:q̄ rex ꝛ papa idubitat⁹ihs q̄ nō potest mentiri:fallere:nec falli:ꝓmittebat eis q̄ exauditet oēs petitiones eorū Jsta ꝓmissio ꝓsolatoria tangit in ꝓncipio euāgelij.Jo.xvj.Amē amē dico vobis si quid petieritis p̄rem in noie meo dabit vobis:vsq̄ huc gaudiū vr̄m sit plenū.Et Mar.xj.Quecūq̄ orantes petitis credite: q̄ accipietis ꝛ euenient vobis. Nota modū loquēdi xp̄i in euāgelio cū dr.Amē amē nūq̄ iurauit aliter. p̄mū amen.id est secure.secundū amē. id est certe dico vobis. dando nobis exemplū ne iurem⁹ vnq̄ nisi ex necessitate q̄n inducit cogit iurare:ꝛ tunc dicere veritatem quicquid seq̄tur:ꝛ vitas pura dz dici:vt habem⁹ iurare ꝓ magna vtilitate. Aliq̄ iurant solū p aduerbia:ꝛ ita deberis ondere filijs vr̄is.Questio est hic. An ista ꝓmissio facta sanctis aplis p xp̄z extendatur ad nos.Dicūt sancti doctores q̄ sic: Si in nostris petitionib⁹ seruem⁹ tres conditiones:que tres subtiliter tanguntur in xp̄i ꝓmissione p̄dicta: q̄bus cōcurrentibus infallibiliter petitio exaudiet. De q̄bus trib⁹ ꝓditionib⁹ vide sanctū Thomam secūda scōe.q .lxxxiij. ar.vij.Et in quarto distinc.xv.q.iij.ar. vij.q.ij.

Puma vt petamus perseueranter.
Scōa vt petamus confidenter.
Tertia vt petamus vtiliter.

¶Quantum ad p̄ma z. Perseueranter petitur illud quod petitur q̄libet die et multoties petitur. Jsta perseuerātia tāgitur in hoc verbo cōiunctiuo petieritis: quod significat cōiunctionē seu ꝓtinuationē petitionis de vna die in aliam:de vna septimana i aliā. iō nō dicit.Si q̄d petitis:sed si quid petieritis:scz multoties ꝛ ꝓseueranter. Apostoli statim obtinebant.sed nos non:ꝛ hoc ꝓpter nr̄m defectum ꝛ instabilitatē ꝓseuerantie: q̄ ꝓseueranter petēdo ꝛ orando recuperamus amicitiā ꝛ familiaritatē a deo:sicut homo cū hoie vel mulier loquendo efficiūtur familiares.Alij aūt incipiūt petere ꝛ q̄ nō statim exaudiunt:dimittūt oīonē ꝛ petitionē.Male facūt tales:q̄ opz perseuerare. Hoc declarat xp̄s per quādā similitudinē de duob⁹ amicis.Luc. xj.Nota hystoriam q̄o ex defectu panis iuit ad aliū dicens. Amice accōmoda mihi tres panes postulādo ꝛ pulsando ad portā ei⁹.Qui rñdit. Ego cuz in lecto cū pueris meis:iō noli mihi eē molestus.Nō possum surgere ꝛ dare tibi.Et ille pulsabat iterū ꝛ iterū:intīm q̄ ille dixit deintus.Jste non dimittit me dormire.melj⁹ est vt surgā ꝛ dem ei. Et ita fecit.Ve q̄ dicit xp̄s.Dico vobis.Et si non dabit illi:eo q̄ amic⁹ eius ꝓpter importunitatē ei⁹ surget et dabit illi quot quot hz necessarios.Lu.xj.ita de nobis Amic⁹ nr̄ est xp̄s q̄ nos chare diligit:q̄n nobis deficit panis qui signat necessitates quas habemus:debemus ire ad ei⁹ portā ꝛ ibi pulsare. Porta est misericordia sua:ipse enī qui iam est in lecto gñe cū filijs.suis.s.p̄riarchis: ꝓphetis apostolis ꝛc.si pulsatur ad ei⁹ portam orando ꝛ suspirādo si nō dat tibi eo q̄ amic⁹ sit ꝓpter importunitatē tamē.s.ex perseuerantia dabit tibi. Jdeo dicit ipemet. Petite.s.ore ꝛ dabitur vobis: querite.s.

cor de ⁊ inuenietis: pulsate. ſ. perſeueranter. Dis enī q̄ petit accipit: ⁊ q̄ q̄rit inuenit. ⁊ pulsanti aperiet. Lu. xj. Scō a conditio eſt petere ꝓfidenter: q̄ tangit ibi cū dr: p̄em: non dicit dñm nec deū nec creatorē: imperatorē vl regē vel oia simul ſz dicit p̄em. Rō: de quo pōt magis filius ꝓfidere q̄ de hre. Jpe enī eſt p̄ nr̄ q̄ genuit nos in vtero ſpōſe ſue. ſ. eccle. Jō ſecure poſſum⁹ petere: q: q̄ p̄em hz iudicē ſecure vadit ad iudiciū. Jō oro quaz xp̄s ordinauit: q̄ eſt melior oīb⁹ alijs in capit. Pater noſter ⁊c. vt ꝓfidam⁹ de eo quantū filij de p̄re carnali qui totā curā ponunt p̄ri. Si q̄rat a puero vī habebit aliam tunicā q̄n illa fuerit laccrata Rādet. P̄ mē⁹ dabit mihi. Jdē de ſotularibus. Jdē de quo p̄ādebit. Jta vult deus vt confidamus de eo. Sed diceret aliquis. Tunc non laborabo ⁊ expectabo neceſſaria a deo. Nō ſic ſed ſicut filiꝰ obedit patri ⁊ facit q̄ ſibi p̄cipit: ita tu obedias deo: ⁊ fac officiū q̄ p̄ tuꝰ deus docuit ⁊c. Si es laborator vel mercator notarius vl ſartor ⁊c. labora i officio tuo: ⁊ obedias p̄ri: q: ipe tibi ꝓuidebit: quia nullꝰ pōt dare bladū in cāpis: nec vinū in vineis nec fructꝰ in arboribꝰ: nec pecuniam in marſupio niſi deꝰ. Jdē de clericis ⁊ religioſis faciant officiū ſuum diligenter: q: non deficiēt eis indumēta: nec eſce: q: pater ꝓuidebit. Sz modo plus confidimus de vno infideli iudeo q̄ de deo p̄re nr̄o. Si enī iudeus cū inſtrumēto publico p̄miſit vob cētū florenos dare q̄libet anno dicat⁹ vos. O bñ eſt mihi: pluat vel nō ſecurꝰ ſum ego: ⁊ nō cōfidit⁹ de deo q̄ vobis p̄miſit ⁊ volūtarie ſe obligauit ad dandū vobis: nō ſolum centum florenos: ſed oia neceſſaria. Jnſtrumētū receperūt q̄tuor notarij maiores. ſ. quatuor euangeliſte. Ecce clauſula Petite ⁊ dabit⁹: q̄rite ⁊ inuenietis. Dis enī qui petit accipit ⁊ q̄ q̄rit inuenit. Luc. xj Et non ꝓfidimꝰ cū tanto inſtrumento. Dicatis vos vſurarij quare ꝓgregatis tot pecunias ⁊c. Numquid p̄miſit vob deus ꝓuidere. Rādebit ponendo eiſtaz plenam de bonis florenis: de hoc confido ego. Jdē ſi dicat clericus. O quare faciatis tot incōueniētia vendendo ſacramenta: negociādo: mutuādo ⁊c. faciatis bene officium vr̄m q: deus ꝓuidebit. Beatus qui ꝓuidebit vitam ſuā taliter q̄ nō faciat tales excuſatiōes in peccatis. Jdē de religioſis. Si dr. O quare ꝓgregatis pecunias ⁊c. Rādet. O q: ordo nō ꝓuidebit bñ: nec dat neceſſaria ⁊c. facientibus officium vr̄m diligenter: ⁊ ſeruetis regulam: q: citius p̄mittet deꝰ celū cadere q̄ q̄ vobis deficiat. Confidamus ergo de deo p̄re nr̄o. De hac confidentia dicit ioannes. Charissimi ſi cor nr̄m non reprehēderit nos: fiduciā habem⁹ ad deū vt q̄cq̄d petierim⁹ accipiemus ab eo q̄m mādata eius cuſtodim⁹, ecce ratio. Prima canonica: io ā. iij. Nota. Si cor nr̄z non reprehenderit nos: ſcz de aliq̄ p̄cō. Q̄n vultis petere aliquā gr̄am: prius videatis ſi cor vr̄m reprehendit vos: quia ſi in peccato eſtis non eſſetis filij ſz inimici dei. Jnimicus aūt non dz cōſidere de inimico q̄ det ſibi neceſſaria ſed aduerſa. iō q̄n tpe ſiccitatis moralitatum vel alterius incōmoditatis fiunt p̄ceſſiones petunt homines ſed multoties non recipiunt: q: dimittūt illō q̄ eſt p̄ncipale. ſ. p̄feſſionem ⁊ correctiōes p̄cōꝝ publicoꝝ. iō dicit ſcriptura. Petit⁊ mō accipietis: eo q̄ male petat⁊. Jaco. iij. Quā diu enī ferrū eſt in vulnere ſeu in corpore nihil valebit medicina. Jta q̄diu ferrū p̄cti eſt in hole nihil valet medicamen ꝓceſſionū ⁊c. Ecce q̄re dicit ſi cor nr̄m ⁊c. Tertia ꝓditio eſt petere vtiliter ⁊ saluberiter: q̄ tangit ibi in noie meo. Nomē xp̄i eſt ieſus: q̄ idē eſt q̄ ſalus vl ſalutatio. Petim⁹ enī in noie ieſu q̄n petimus ſalutē vl q̄ p̄tinēt ad ſalutē vel ad ſalutationem. Q: multoties petim⁹ ꝓſeueranter ⁊ confidēter ⁊ non vtiliter: ⁊ iō nō obtinem⁹, Talia pōt petere filius a p̄re q̄ non obtineret. Si enī filiꝰ egrotꝰ de magna febre petit a p̄re vinū vel fructꝰ: vel alia ſibi ꝓhibita nociua p̄r nullo mō dabit ſibi ēptūcūq̄ petat ⁊ ploret. q: p̄r ſcit q̄ eēt ſibi mors ſz filiꝰ ignoret: ita ō nos multa mala petūt ⁊ deꝰ ſcit q̄ nō eēt ſibi vtile: ideo non dat. Verbi gr̄a. Multi infirmi in mundo ſunt q̄ pet[illegible] a deo ſanitatē quā ipſe nō vult dare. Ratio eſt: q: cū ipſi ſunt infirmi ſunt humiles ⁊ orāt nō curāt de peccatis. Qui ſi eſſent ſani eſſent ſuperbi non curarēt de deo: dare[illegible]

se peccatis. Idem de multis ignorantibus q̄ petunt sciam ⁊ nō obtinēt: q; deꝰ scit q; si haberent eēnt superbi: qz scia inflat. j. Cor. viij. Statim dei piceret aliꝰ ⁊ vellent magistrari vel episcopari ⁊ dānarent. Aliq̄ petūt diuitias: aliq̄ officia et bñficia ⁊ dignitates dicētes. O quot bona facerē si hoc haberē: ⁊ nō obtinēt: qz deꝰ scit q; statim acciperent bonā mulierē ⁊ vxorem ꝓ cubinam. Sz dat meliora sicut pr̄ nō dat filio egroto vinū qđ petit qz sibi noceret sz dat sibi meliꝰ. s. restaurativum ⁊c. Dicat exēplum de vtō paulo q̄ habebat grauē infirmitatē i latere s. punctiones q̄ aliquoties nō poterat p multos dies celebrare: nec ꝑdicare ⁊ curabat oēs infirmitates: suscitabat mortuos: ⁊ seipz non poterat curare: immo qñ dicebat iesus iesus iesus: infirmitas augmentabat. Bñ debebat admirari: ⁊ poterat dicere: quō portabunt mihi infirmos ad curandū si non possum curare meipm. De hoc dicit ipsemet. Ne magnitudo reuelationū extollat me datus est mihi stimulꝰ carnis mee angelꝰ sathane qui me colaphizet. Propt̄ qđ ter dñz rogauit vt discederet a me: ⁊ dixit mihi. Sufficit tibi gr̄a mea. Nā virtꝰ in infirmitate pficit. ij. Cor. xij. Illa em̄ infirmitas erat quasi frenū quo humiliabatur. de q̄ infirmitate dicit beda. Si apostolus hac caruisset saluus esse nō posset. Necessariū est ergo q; petamꝰ i nomie iesu. s. vtiliter ⁊ tunc sine dubio obtinebimꝰ. Auctoritas. Quodcūq; (nota vtiliter) petieritis pr̄em i nomie meo hoc faciā. Jo. xvj. Quātū ad secundā ꝓpositionē. Xp̄s pmisit apl̄is declarationem scripture tā veteriz q̄ noui testamēti ⁊ darā notitiā. O q̄lis cōsolatio esset rustico ignoranti si pmitteretur sibi. Cras vos facietis tm̄ q̄tū vnus magr̄ in theologia vel q̄tū augu. sciuit. Maior fuit ista xp̄i pmissio qñ dixit apl̄is i scā pte euāgelij hec. s. secreta fidei i ꝓuerbijs. i. figuris ⁊ figuris locutus sum vob̄. s. in veteri testamento. Venit hora. s. noui testamēti cū iā nō i ꝓuerbijs loqr̄ vob̄. Sz palā de pr̄e meo ānūciabo vob̄. Dicatur si expediat quō oia secreta ⁊ virtutes fidei xp̄iane fuerūt figurate ⁊ significate in veteri testamento secreto mō. Ro: qz ille ppl̄s erat rudis et dure ceruicis ⁊ nō poterat spiritualia intelligere. Primo fuit ibi signū trinitatis in pncipio biblie qñ dixit Moyses. Gen. j. in pncipio creauit deus celū ⁊ terrā. Judei hñt eloim. i. dij i pl̄i nō dicit clare: sz i ꝓuerbijs. Jtē Gene. j. Faciamꝰ hoiem ad imaginē ⁊ similitudinē nr̄az: ⁊ pr̄sit piscibꝰ maris ⁊ volatilibꝰ celi ⁊ bestijs vniuersęq; terre omnięq; reptili qđ mouet̄ in terra. Et creauit deus hominē ad imaginem ⁊ similitudinē suaz Ad imaginē dei creauit illū: masculū et feminā creauit eos. Bñdixitq; illis deꝰ ⁊ ait. Crescite ⁊ multiplicamini ⁊ replete terrā: ⁊ subijcite eā ⁊ dñamini ⁊c. Jtez Deut. vj. Audi isr̄l dñs deus tuꝰ vnus ē. Ubi ponūt tria noia trinitatē ꝓsonarum significantia. hec in ꝓuerbijs locutꝰ sum vobis. Scdo secretū incarnatiōis. s. q; debebat assumere naturā humanam ⁊ ee deus ⁊ hō: vt hr̄ Gen. xvij. Qñ deus dixit Abrae. Ego dñs ops. Ambula coram me ⁊ esto pfectꝰ. Ponāq; fedꝰ meū inter me ⁊ te. s. pactū circūcisiōis. Esa. xlviij. Audi me iacob ⁊ isrāel: quem ego voco Ego ipe: ego pmꝰ ⁊ ego nouissimus. Qđ deus sit pmꝰ clarū est: sz q; sit nouissimꝰ: hoc est difficultas. In pncipio mūdi in pma die fecit deꝰ lumē. In secunda firmamentū. In tertia planetas. In quarta solē. In q̄nta pisces ⁊ animalia. Ultima die fecit hominē q̄ vltio fuit formatus. Hec in ꝓuerbijs locutꝰ sum vobis. Et sic de alijs secretis fidei. Sz venit hora ⁊c. Istā pmissionē cōpleuit xp̄s tripliciter. Primo post resurrectionē qñ apparuit eis dicens. Necesse ē impleri oia q̄ scripta sunt i lege Moysi ⁊ pp̄his ⁊ psalmis de me. Tūc aperuit illi sensum: vt intelligerent scripturas. Luc. xxiiij. Scdo post ascēsionē qñ misit eis spm̄ scm̄ q̄ illos illuminauit sm̄ q; eis pmiserat dicens. Adhuc multa habeo vob̄ dicere: sz nō potestis portare mō. Cū aūt venerit ille spūs veritatis docebit vos oēm veritatē. Jo. xvj. Tertio post mortē apparuit qñ intrauerūt paradisum videruntq; oia clara facie ad faciē. Queritur an ista pmissio extēdat ad nos? Dico q; sic: si tenemꝰ bonā vitā. Jā cm̄ i hoc mūdo existētes scimꝰ secreta fidei p fidē clarā: ⁊ in paradiso videbimus manifeste qñ aia intrat paradisum deꝰ

ostendit sibi vnū librū i quo scriptū sunt due charte: et subito alia est ita illuminata q̄ scit plusq̄ scierūt in hoc mundo phi vel doctores vt Aug. hiē. Bern. iste est liber vite. s. iesus hns duas chartas. s. diuinitatis et humanitatis. Laborem⁹ ḡ vt in scholā paradisi possim⁹ intrare vbi sola visione illi⁹ libri erimus optimi magri. Sed opz iā in hoc mūdo cōtinuare scholā dei q̄ est ecclesia ad minus in dnicis dieb⁹: et ibi audire cū silētio lectionē misse et sermonē: alis vapulabimus a magro p aduersitates siccitatū mortalitatū et hmōi. Quantum ad tertiā pmissionē de acceptiōe diuinali ostendit eis qñ erāt accepti et dilecti per deū pfem qñ dixit eis. Pr amat vos: qz vos me amastis. O q̄lis ꝛsolatio: ac si miles q̄ venit de rege diceret alicui vr̄ri certe rex amat vos q̄lis ꝛsolatio est vobis. Maior ꝛsolatio fuit apl̄oz qñ xps dixit eis. Pater amat vos. Morali si volumus amari a deo pfe diligamus xp̄z qz pfes multū amant dilectores filioz. Si dicat qualr est amādus xps. Dico q̄ sup oia. Vos potestis diligere vxores filios et filias sed plus xp̄m. In l ām pade cordis humani amor xpi dz natare sup oēs alios amores tā corporales q̄ spūales. Auto. xp̄i. Qui amat pfem aut matrē plus q̄ me nō est me dignus: et qui amat filiū aut filiā sup me nō est me dignus. Mat. x. Si ego q̄rerē mō a vobis an diligitis xp̄m sup oia. Ita dne rndetet q̄liber: q̄z multa mēdacia dicūt: dicit Siego. pbatio dilectionis exhibitio est opis. Ponat casus q̄ filius vester sit infirmus et dr vobis a vicinis vadatis ad talē diuinatorē vel ꝛiuratorē: et xps dixit oppositū q̄ nō vadatis: q̄d facietis si vaditis ad diuinū: ptz q̄ plus amatis filiuz. Si ꝛo amore xpi nō vultis ire dicendo. Ego diligo filiū meū: sed magis diligo xp̄m q̄ dicit q̄ non vadam⁹. Itē si pdidistis aliq̄d et recurritis ad diuinū: ondit̄ q̄ plus diligitis illā rē q̄ xp̄m. Item si amicus vester sit captus p aliquo crie et iudex vocat vos medio iuramento et vos scitis factū. Si vos vt iuuetis amicū iuratis falsum: signū est q̄ plus diligitis eū q̄ xp̄m q̄ docet nō iurare falsuz p toto mundo. Itē si pr aut mr aut frater dicat vobis q̄ recipiatis vindictam de aliqua iniuria eis facta et xps dixit q̄ null⁹ recipiat vindictā q̄d facietis vos. Ecce qđ pbat si hō diligit xp̄m sup oia vel nō. Si ḡ volumus amari a deo pfe seruemus mandata xpi et amemus eū. Si q̄s diligit me sermonē meū seruabit et pr meus diliget eum. Joan. xiiij.

¶ Dnica. iiij. post octa. pasche. Ser. ij.

QUid petieritis pfem in nole meo dabit vobis. Joā. xvj. Sancta mater ecclesia in his tribus diebus ante ascēsionē plusq̄ in alio tpe pmonet xp̄ianos ad faciendū oronem: et ista tres dies vocant letanie et rogatiōes. Rō est qz qñ xps ascendit in celū dixit discipulis et nobis in psona discipuloz vt petamus et oremus. Ideo in pnti volo declarare orationem dnicam q̄ est excellentissima oratio. Pro quo sciendz q̄ i oibus orationibus et petitionibus q̄ fiūt fieri potentior et principalior est oratio dnica. Ratio qz si aliquis vellet impetrare officium a papa aut gratiam vel a rege ꝛc. haberet supplicationes ordinatas per notarios: aut doctores vel secretarios quas presentabit pape vel regi. Si papa vel rex ordinauit supplicationē p officio vel bnficio obtinēdo nō ne dimittēde sunt alie supplicatiōes notarioz ꝛc. et psentāda illa quā papa vel rex ordinauit et dictauit. Nā magna stultitia esset dimittere illam p alijs ꝛc. sic est in ppōsito plures ōnes facimus et supplicationes ad deū p beneficijs obtinendis. Item alique ōnes sunt et bone sunt q̄ fuerunt ordinate per sanctas personas et deuotas sicut p Siegorium Augustinū ꝛc. Item alia ōro est ordinata p ecclesiam vniuersalem. Ōnes q̄ sunt in missa sunt valentiores q̄ alie. Alie sunt ordinate per creaturā immortalem sicut Aue maria p gabrielem archāgelū et ille sunt adhuc meliores. Sz ōro ordinata p vez papā et regem dñm dñantium. s. Jesum Christum videlicet oratio vel supplicatio que est Pater noster est deo magis acceptabilis et nobis magis meritoria et vtilis quaz omnes alie orationes. Ideo est magna stultis

tia aliquor q̄ dimittūt;dñicā orōnem z accipiūt alias orōnes ordinatas p̄ creaturas:qz illi q̄ sciūt orōnē istā z deuote orauerint eā:p̄sequunt ea q̄ petūt.Autoritas.Que ꝓcedūt de labijs meis nō facā irrita.ps.lxxxviij.Itē alibi.Oē qđ locuꝰ fuero fiet.Et hec est orō.p̄ nr̄.iō dicit thema.Si q̄d petieritis p̄z meū in nōie meo dabit vobis.No.qūo xp̄us ordinauit istā orōnem:qz vt dr̄ Luc.xj. Dñs stās in orōne flexis genibꝰ z leuatis oculis ad celū ingēmuit hō orabat.Dixerūt discipuli.Dñe doce nos orare sicut Joānes baptista docuit orare discipulos suos.Rñdit iesus.Cuz oratis dicite p̄r nr̄ ꝛc.Quā etiā orōnē.Mat.vj.c. recitat.Jō ꝑceptuz habemꝰ vt dicamus p̄r nr̄ ꝛc.In ista orōne sunt septē petitiones quatuor ꝑme petunt bona:alie tres petūt elōgationē mali.Prima petitio est. p̄r nr̄ q̄ es in celis sctificet nomē tuum. Hic est qō q̄re dr̄ p̄r nr̄ z nō rex noster vt dñs nr̄.Rō est:qz p̄r nr̄ est nomen mie:et rex z princeps noīa dñoꝝ sunt.Dicit p uerbiū qđ secure venire ad iudiciū q̄ hz p̄rem iudicē:iō orō dñicalis sic incipit. P̄r nr̄ vt habeamus cōfidentiā.Cōfidētiam eñ habemus q̄ ea q̄ petimꝰ habebimus.Autoritas.Si vos cū sitis mali nosti bona data dare filijs vr̄is ꝯpto magis p̄r vester de celo dabit spm̄ bonū petentibus se.Lu.xj.Sequit post.Sancti ficet nomē tuū:ibi est glificatio diuinalis.s.vt nomē dei qđ est bñdictū ab oīb ꝑsonis sctificet z glorificet z benedicat: ideo petimus honorē dei.Jsta petitio ē ꝙ petm̄ blasphemie:qz p multos nomē dei nō est sanctificatū nec glorificatum: sed blasphemāt iudei sarraceni z infideles.Si blasphemāt nō est mirꝝ: quia multi falsi xp̄iani blasphemāt negant;z cōspuūt:iō petimꝰ grām vt ꝺeꝰ auferat illā malā ꝓsuetudinē ab ore hoīm.Doctrina est sacre scripture vt legit qđ Dō habebat plures filios:z de mane qñ exibat de camera filij sui z filie faciebāt si bi magnā reuerētiā.Uñ dō dicebat illis Laudate pueri dñm:laudate nomē dñi i psalmis.Et sic docebat filios suos laudare dñm.Et ipsi dicebāt.Sit nomē dñi benedictū ex hoc nūc z vsq̄ in seculum. Hoc oñdēdū est in ꝑsperitatibus z aduersitatibus ꝛc.vt Job dicebat:dñs dedit.s.in ꝑsperitatibꝰ:dñs abstulit.s.i aduersitatibꝰ:sicut dño placuit ita factū est sit nomē dñi bñdictum.Job.j.Et sic filios vos debet facere.i.docere filios vr̄os ne deū blasphement sz vt bñdicant z laudēt qz nō est nomē dñi blasphemādū:imo ēt nec invanū est nomē dñi assumendū.Autoritas.Nō assumes nomen dñi dei tui invanū.Exo.xx.nō dicat in falsū: sed invanū.Nā assumere nomē dñi falsē est maximū petm̄ sz assumere nomen dñi invanū est petm̄.Uerbi gra.si ego dicerē q̄ cappa mea nigra esset alba:dicēdo ꝙ deū est alba hoc est magnuz petm̄ qz est falsum.Sed si iuret ꝙ deū sic est:z est verū qđ dr̄ petm̄ est:qz nō est ibi vtilitas nec necessitas.Quidā m̄ qñ rep̄hendunt de iuratione dicunt q̄ iurant i ꝟitate sed hoc est sine cā:ideo peccant.Qñ aūt q̄s ꝓducitur in testē:tunc hz iurare p̄ deū vel sanctos z diceret veritatē:z sm hoc est necessitas z tunc nō peccat:ideo cogitate q̄tū sit petm̄ iurare p deū invanū z sine cā eū in testē ꝓducere.Sz fortiꝰ z diligētius pensandū est q̄ maiꝰ petm̄ est intrare fraudulēter aut blasphemare aut iurare enormiter.Renegare est iurare infideliter:iō xp̄s sciens ora z q̄ xp̄iani sunt in istis blasphemijs:oñdit nobꝭ primā petitionē dicens.Pater noster q̄ es i celis sanctificet nomē tuū.Propter hoc erunt dñi tpales z rectores villarum cōdēnati q̄ non corrigūt blasphemātes Prophetia.Dñatores ppli mei inique agūt z iugiter tota die nomē meū blasphematur.Eſa.lij.Rex francie sanctus Ludouicus bñ corrigebat istos blasphemos.Nā fecit ordinationē in suo regno q̄ si quis blasphemaret aut renegaret deū signaretur in lingua vel in facie cuz ferro calido:z ꝑfet signū.Accidit i ciuitate Parisiensi q̄ q̄dā magnus burgensis blasphemauit deū:statim rex sciuit z burgēsis captus fuit:z rex mādauit q̄ cū ferro calido ei fieret crux i facie.Qui burgensis habebat plures amicos supplicātes ꝓ se z ꝓsentantes regi magnaz pecuniā.Et rex nolens vendere iustitiā: fieri iussit punitionē de illo burgensi.Et dixit rex.Uellē portare signum illud vt ista mala consuetudo auferretur a re-

gno meo. Not. de pena eorū extra de maledicis. c. statuim⁹. 2. xxij. q. j. siqs per capillū. Scda petitio est. Aduenīat regnuz tuū. In ista petitōe petim⁹ p nobis salutationē celestialē. 2 aliud nō petim⁹ nisi vt regnū tuū veniat in nobis. Secretum hic est: qñ petim⁹. Aduenīat regnū tuū. Nōne meli⁹ peteremus dicēdo q̄ venire mus ad regnū tuū q̄s veniat regnum ad nos. Scitus q̄ qñ venit in fine. i. i morte hoīs: 2 hō est impenitēs tūc veniunt diaboli cū cathena inferni in iferno facta: 2 qñ aīa exit a corpore immediate capit aīa q̄ hz mēbra spūalia fortiora q̄s corporalia: q: mēbra spūalia aīe dant vigorē membris corporis. Qz si aīa retraheret se ab vno membro nō posset se mouere. Oculi nō possent videre nisi essent oculi aīe si tūc pson̄a est in pctō mortali: capit a diabolo 2 horribiliter clamat. Autoritas Vir qui errauerit in via doctrine: in cetu gigantū cōmorabit. Prouer. xxi. Nota hic quare diaboli vocātur gigantes: q: diabol⁹ est maior vel pōt fieri q̄s ciuitas per totū si homo fuerit penitēs nunc veniēt angeli boni: 2 aliquando xp̄s et angelus portat coīā eo aīam penitentis 2 ibi est regnū. Autoritas. Ecce aduenit dominator dominus: 2 regnuz in manu eius 2 potestas 2 imperiū. Ideo regnuz celeste hz venire ad nos priusq̄z nos veniamus ad ip̄m. Jō petimus aduenīat regnū tuū: vt postea ad ip̄m veniamus. Ista petitio est ꝺ petīm auaricie: q: auarus nō curat petere regnū sz semp ad terram respicit. Si quis hz pulchrā vxorez dñium redditus 2 possessiōes: hz cor ad terrā 2 nō ad celū. Et de istis dicūt aliqui fatui. Si deus non habet curam de me: nec ego de ipso. Ideo quia auarus non curat de regno celesti: sed de rebus tēporalib⁹ iō de⁹ ostēdit istā petitionem. Aduenīat regnū tuū. s. in articulo mortis. Autoritas. Querite p̄mū regnū dei 2 iustitiā eius: 2 hec oīa adijcientur vobis. Lu. xij. Itē nolite timere pusillus grex: q: pplacuit p̄ri vestro vobis dare regnū Ibidē. Nota. Primū est aduerbiū. i. p̄mitus: q: cōtinue in p̄ncipio diei debemus petere regnum celeste. Dicēdo. Pater nr̄ placeat vobis q̄ talu modo ego viuā: vt possim facere volūtatē vestrā 2 i fine venire ad regnū celeste. s. in die dñica: quia tūc dimissis reb⁹ tpalib⁹ debemus quere regnū dei cōtinue dicēdo. Dñe sancte pater: q: totā hebdomadā expēdi in reb⁹ tpalib⁹: ideo hodie veno ad querēdum regnū dei. Sed magnū incōueniēs est hodie in aliquib⁹ qui dimittunt istū diē 2 accipiūt ptra hoc sabbatū: 2 hoc est opus iudaicuz. q: primū opus qō faciet antixp̄s est q̄ faciet colere sabbatū: 2 faciet laborare in dñica die. Qñ dicunt doctores q̄ qui colūt sabbatū debēt puniri sicut infideles. Etiam votum factū de festinatione sabbati nō dz teneri sicut qui facit votuz q̄ fieret infidelis. Si qui iret ad regē p petendo regnū suū: miruz esset si rex eū nō decollaret pauē tñ benignus rex iesus: 2 vult 2 precipit vt queramus primū regnū ei⁹: ideo dicit: Nolite timere pusillus grex 2c. s. petere regnum. Tertia petitio est. Fiat volūtas tua sicut in celo 2 in terra: ibi est cōuersatio spūalis: q: petimus vt volūtas dei fiat in nobis sicut facta est in celo 2 in terra vbi nō est creatura que non facat voluntatē dei nisi nos miseri homines. Quia si deus alicui columbe mandaret sibi dare plumas in cōtinēti colūba sibi obediret 2c. probdolor: q: deus precepit nobis simplicitatez 2 nō accipim⁹ nec acceptam⁹: sed contrariū facim⁹. s. superbiā. Itē aquila que ieiunauit p quattuor vel quinq̄z dies si deus preciperet sibi q̄ dimitteret gallū: immediate dimitteret. Sed deus p̄cipit vsurarijs 2 deprecatoribus vt restituant 2 nolunt facere. ideo. Fiat volūtas tua sicut in celo 2 in terra. Itē si esset equus infrenatus 2 deus preciperet ei vt non faceret illud opus incōtinenti nō iret. Sed cessaret. Sz luxuriosi vadunt ad lupanar et nolūt abstinere. Idē si leo p vnā septimanaz ieiunaret 2 caperet vnam capram aut aliud aīal: 2 preciperet ei a deo ne comederet: vere non comederet. Et nos nolumus ieiunare: ieiunia quattuor tēporuz sed nos facim⁹ cōtrariuz in oib⁹ q̄ facere debem⁹. Itē si viso vel lupo eēt facta iniuria q̄s tacūq̄z magna 2 [illegible]us preciperet ei ne faceret vindictā: non sumeret vindictā: 2 nos facim⁹ cōtrariū: iō nos petim⁹ in tertia petitione. Dñe oēs creature faciūt volūtatē tuā 2 nos sīr facimus. 2 si

deus preciperet montiq; iret vltra mare incõtinẽti mons iret: ⁊ non est creatura aliq; inobediẽs nisi hõ. Autoritas. Dñe rex oipotens in ditione tua cuncta sunt posita: ⁊ nõ est q̃ possit resistere volũtati tue. Hester. xiij. itẽ. Tu terribilis es ⁊ q̃s resistet tibi inq̃t ps. nisi supple homo iõ xps. Nõ ois q̃ dicit mihi dñe dñe intrabit in regnũ celorum: sz q̃ facit volũtatẽ patris mei q̃ in celis est ipse intrabit i regnuz celoz. Mat. vij. Oẽs xpiani dicunt dñe dñe corde credẽdo ⁊ ore loquẽdo: sz nõ faciunt ope obediẽdo ideo opz dicere ter dñe: ⁊ sic p obediẽtiam habebim⁹ regnũ celoz: iõ caueat sibi vnusq̃sq; ne vadat ad soutilegos. Itẽ ne iuret nomẽ dei in vanũ. Itẽ coneꝫ vt colat festa: ⁊ sic de alijs. Pone practicã de decẽ p̃ceptis. iõ dicit xps. Si vis ad vitaz ingredi serua mãdata. Mat. xix. ⁊ istud est quo ad laicos. ꝓsbyteri habẽt actiorẽ vitã que stat in tribus. Primo q; surgãt nocte ad laudãdũ deũ deuote ⁊ distincte dicendo horas suas: recte ꝓnũciãdo: ⁊ habẽdo cor ad deũ. Scõo digne celebriando missam. Tertio sctẽ cõuersando: vt edificẽt subditos. Aug. In oibus motibus vris nihil fiat qõ cuiusq; offendat aspectũ ꝛc. Non sint cõcubinarij nec inhonesti vestib⁹: sz officiare debent digne ⁊ reuerenter. Religiosi aũt adhuc strictiores sunt qi vltra ꝑcepta ⁊ tria alia supradicta habẽt q̃t tuor ꝓncipaliꝫ obseruare. primo paupertatem apostolicaz. Scõo castitatẽ. Tertio obedientiã. Naz sctus bñdictus dicit q; lz ꝑcipiaturum possibile religioso nõ dz se excusare sed obedire debz ⁊ tẽtare facere. In oib⁹ th̃ licitis ⁊ honestis: sicut si abbas diceret monacho: trãsfer monasterium istud: forte per obedientiam fieret qõ nõ posset fieri p naturam. Quarto debẽt religiosi seruare regulã ⁊ cerimonias. Autoritas. Hec est via ambulate in ea: ⁊ non declinetis neq; ad dexteram neq; ad sinistrã. Esa. xxx. No. qñ alia religiosi venit ad aliũ mundũ dicens dñe dñe: tũc deus dicit. Quid petis. Auton. Dñs interrogat iustuz ⁊ impiũ. ps. x. inquit de⁹. seruasti regulã? Rñdet. Nõ dñe q̃re: q; alij nõ seruauãt. ꝛquõ fecisti ꝓfessionẽ tuã frm q; alij faciebãt? Nõ dñe: sed eã ꝓmisi vere seruare q̃re ꝛc. Quarta petitio est. Panẽ nr̃m quotidianuz ꝛc. Ibi petit ꝓuisio tpalis. Cõiter dr̃ de homine ꝓuido: bene lucrat panẽ suũ. i. ꝓuisionẽ Autoritas. In sudore vultus tui. Gene. iij. iõ panẽ nostrũ quotidianuz ꝛc. in his quattuor supradictis petitiõib⁹ petim⁹ bona. Et ista quarta petitio est ꝑ gulosi tatẽ: q; gulosi nõ cõtentant de ꝓuisione necessaria: sz petũt abũdãtiã. Ideo xps. Attendite ne grauent corda vra crapula ⁊ ebrietate. Luce. xxi. Quinta petitio Dimitte nobis debita nra sicut ⁊ nos dimittim⁹ ꝛc. Et hec est vtilis ⁊ mala euitem⁹. Doctrina theologie est q; hõ ꝑ quolibz pctõ mortali dz de eo septẽ annos pniaz facere: sz tñ hõ nõ redit. Iõ purgatoriũ est in quo cõplebunt satisfactiões. Iõ dr̃. Dimitte nobis debita nra. Et reddit rationẽ: sicut ⁊ nos dimittim⁹ debitoribus ꝛc. Si quis tibi fecerit vel dixerit iniuriã est debitor tuus ⁊ tu dimittis ei. ꝑ certo tũc de⁹ dimittet tibi pctã tua. Iõ dimitte nobis debita ꝛc. Qõ si nõ vultis dimittere debitoribꝰ vestris: vere de⁹ non dimittet vobis sed dicet. Serue nequaz omne debitũ dimisi tibi qñ rogasti me. Nonne ergo oportuit ⁊ te misereri ꝓserui tui sicut ⁊ ego tui miser⁹ fuz. Mat. xviij. Et ista quinta petitio est cõtra peccatũ ire. Autoritas. Si enim dimiseritis hoibus pctã eoz dimittet ⁊ vobis pr̃ vester celestis delicta vestra. Si aũt nõ dimiseritis hoibus: neq; pater vester dimittet vobis pctã vestra. Mar. vj. Immo oẽs scti non impetrarẽt indulgẽtiã peccati venialis si hõ stat in malitia. Aug. in lib. de vbis dñi. Unusquisq; talẽ indulgẽtiã accepturus est a dño deo qualẽ ipe dederit, primo. Sexta petitio est. Et ne nos ꝛiducas intentationẽ. Et hic petim⁹ ne labamur in pctã. Nota q; deus nullum tentat ad peccandũ. Autoritas. Nemo cuz tentat dicat qñ a deo tentat. Deus enim intẽtor malor est. Ipse aũt neminez tentat. Unusquisq; vero tentat a sua cõcupiscẽtia abstractus ⁊ illect⁹. Jac. j. Sed inclinatio carnis: occasio mũdi ⁊ diabol⁹ tẽtãt. Iõ petim⁹. ⁊ ne nos. Ista petitio est ꝑ pctm̃ pigritie: quocunq; semp tentant. iõ dicit hiero. Semp aliquid boni facito: vt te diabolus occupatũ inueniat. Iõ beat⁹ Bernardus ordinauit quod in

nachi iret ad laborē. Aut. Vigilate ⁊ ora te: vt nō intretis in tētationē. Matt. xxvj. Septima petitio. Sz libera nos a malo amē: qz i hoc mūdo sunt multa mala. ſ. infirmitates: pestilētie: guerre fames diuisiones ꝛc. Jō pr̄ libera nos a malo: ⁊ ista vltia petitio est multū nob̄ necessaria: qz nos sum⁹ ppe infernū: ⁊ lōge a paradiso: qz sūt pl⁹ q̄z mille diete vsq; ad paradisū q̄ celū ēpyreū: ō lōge sum⁹ a celo: sz sumus ppe infernū: qz nos sum⁹ in terra ⁊ infern⁹ est i medio terre: ⁊ de illo veniunt mala. Aut. Repleta est malis aia mea: ⁊ vita mea iferno appropinq̄bit. ps. lxxxvij. Jō petim⁹. Sed libera nos a malo: ⁊ modo oēs debem⁹ rogare: dñm vt de⁹ det semp̄ ⁊ne atvnionē ecclesie: qz q̄n ꝑsiliū erat in cōstantia erant mile milia demonū repugnātiū vnioni ecclesie. Jdeo ora dū est: sed libera nos a malo: ⁊ vt de⁹ det pacē in patria: qz sunt multa mala q̄ occurrūt ⁊ euenūt vobis laborantib⁹: diuitibus: mercatorib⁹: ⁊ militib⁹: ⁊ de istis malis petimus liberationē. Jdeo faciamus pniam. Autori. Qui diligitis dñm odite malū custodit dñs alas sanctorum suorum: de manu peccatoꝝ liberabit eos ps. xcvj. Jdeo dicit thema. Si quid petieritis patrem in nomine meo: dabit vob̄ Quod nobis concedat.

Cferia. ij. in rogationibus. Sermo. ſ.

KYrie eleyson christe eleyson. Kyrie eleyson. Nō possumus assignare libꝝ nec cap̄lm vbi ista ꝟba scripta sint ēn frequēter cantant in ecclia: ⁊ spāliter istis dieb⁹ rogationū. Et sunt tāte autoritatis q̄ btūs Greg. ordinauit cantari in missa: qz est verbū multū approbatū propter illud q̄d figurat. Et ō ad intellectū verboꝝ est sciendū q̄ meli⁹ cōsiliū q̄d hō possit habere q̄n offendit dñm suū est q̄d se humiliet ⁊ petat veniā ab eo. Rō est qz nō posset ꝙ fortissimū resistere nec ꝑ suas cautelas euadere. Jō nō est aliud remedium nisi q̄ se ei⁹ mie cōmittat. Hoc nobis ostendit in brutis. Legit de ꝓpriet. ⁊ leonis q̄ ḡnus sit multū fortis ⁊ astut⁹ ⁊ malicios⁹ q̄n capit siatiz humiliat se quasi miam petendo. Si hec ꝓbatio nō sit sufficiens habet figura. ij. Reg. xxiiij. de dauid qui multū offenderat deum: q̄ iratus voluit eū grauiter punire: ⁊ misit ad eū Gad ꝓphetā dicentē. Dauid tibi datur optio. eligе tibi vnū q̄d voluerꝫ ex his trib⁹. Aut septē annis veniet fames in terra tua: aut trib⁹ mensib⁹ fugies ad uersarios tuos ⁊ ipi te ꝑsequent̄: aut tribus dieb⁹ erit pestilētia in terra tua. Rñdit dō. Coartor nimis vndiqz: sz melius est mihi incidere in man⁹ dñi: multe enī sunt mie ei⁹: q̄z incidere in manus hoim. Iste vidit q̄ nō poterat resistere potentie dei: nec abscōdere se ei⁹ sapiētie. Un̄ dicit Quo ibo a spū tuo: ⁊ quo ꝛc. Jō se submisit sue mie. Sic si ꝑsona cadit i pctō mortale: aut cadit in magnā offensam dei ꝙ fragilitatē: ⁊ sic offēdit patrem cui attribuit potētia: vel ꝙ ignorantiā: ⁊ sic offendit filiū cui attribuit sapiētia vl ꝙ malā voluntatē: ⁊ sic offendit spūmsctm̄ cui attribuitur bonitas. Jsta tria. ſ. posse ⁊ scire ⁊ velle sunt in qualibet ꝑsona in diuinis tamē patri attribuitur posse: filio scire spiritui sancto velle: ꝛm aliquas ippetates de quibus loqui esset valde longū ⁊ extra propositū. Sed hoc est dictum q̄ quicūq; peccat contra istas tres proprietates: est dignus illas pestilentias habere que fuerūt ꝓmisse dauid. Uerbi gr̄a. Si hō peccat per nō posse: sibi deberī fames ⁊ sitis. Rō: qz aia est talis cōditiōis semp̄ vellet orare ⁊ deo se humiliare: sed corp⁹ semp̄ optat in delitijs esse. Jta anima vellet ieiunare: ⁊ corp⁹ in delitijs esse aia vellet in bonis operib⁹ se exercere ⁊ corp⁹ vult semp̄ quiescere vnde dicit corpus q̄ hoc nō posset facere. Pone in practica: ⁊ sic peccat ꝙ non posse. Jdeo talis mereī habere famā i alio seculo. Sz illi peccant ꝙ non scire: q̄ q̄n nolūt aliq̄d boni facere dicūt q̄ nescirēt recipere modū addiscēdi. Credo in deū. cōtra quos mittit de⁹ ꝑsecutionem: sz alij sunt q̄ peccant per certā maliciā sicut sunt cōcubinarij: falsi mercatores. Et q̄ fit petm̄ deū offendimus: ⁊ nō fugere possum⁹: nec scimus resistere quin puniat nos sic per suaz potentiā ⁊ suā sapientiā. Unde bonū consiliū est q̄ faciam⁹ sicut dō: sz q̄ reddam⁹ nos oino sue mie ⁊ petamus vt misereat nr̄i. Qz si vellem⁹ cōtradicere: essem⁹ fatui vbi nullū est remediū: puta potētissi-

qz nō dak nisi semel eo qz representat passionē xpi z mortē q̄ solū semel fuit mortuus. Hāc rōnē tangit apls di. xps resurgēs ex mortuis iā nō moritur: mors illi vltra ñ dñabit. Qō em̄ mortuꝰ ē pctō mortuus est semel: qz aūt vnit: vnuit deo. ad Ro. vi. Ecce q̄re dicit articulꝰ fidei. Cōfiteor vnū baptisma in remissionē pctōrū. Jō Act. ii. legit. qz cū petrus p̄dicasset: ut dei cōpuncti dixer̄t apl̄is. Quid faciem⁹ viri ffres? Rndit petrꝰ di. Pniam agite z baptizet vnusq̄sq; vestrū in nole iesu xpi in remissionē pctōrū. i. in fide iesu xpi. De isto baptismo dicit the. qui crediderit. s. in hora mortis: z baptizatꝰ fuerit saluus erit. S. ēo baptismꝰ ē ꝑ gr̄a spūalē. Qñ ille fidelis cupit baptizare z nō hz opportunitatē nec ipsemet pōt se baptizare oz em̄ ab alio baptizari sine recipere baptismū. qz sicut nullus posset seipsuz generare: nec etiā baptizare cū sit alia generatio: ornatꝰ cum tali desyderio: dico qz baptizatꝰ est non baptismo fluminis sed flaminis i. spūs sancti baptismo spirituali in fonte spūs sancti. De isto Autoritas. Joannes baptizauit aqua. Ecce p̄mū: vos aūt baptizabimini: spūsctō: ecce scōm. Actuū. i. Nota qz iste baptismus scōs nō est tante efficacie sicut primus sz saluat hoiem sz ꝓportionaliter fidei z deuotionis. Primus em̄ dat characterē indelebilē: qui est quidā ornatꝰ: quasi stellā habens in fronte: ex hoc singularē gloriā habēt in paradiso: vbi cognoscit statim dū alia intrat celū si iste fuit baptizatus z nō ex isto characte re. Itē quia primus baptismus remittit oia pctā nō solū a culpa sz ēt a pena. Iste aūt scōs dat remissionē pctōrū a culpa sz nō a pena: nisi sm̄ ꝓportionaliter fidei z deuotionis. Nota miraculuz qd̄ legit in vita beati Martini de catheczumino mortuo p eū resuscitato: q̄ dixit se fuisse ductuz p vias tenebrosas ad purgatoriū. Sz orationibus beati Martini fuit suscitatꝰ: q̄ p eo flens orabat dubitādo ne esset damnatus. Iste scōs baptismus gr̄e spūalis dat nobis etiā xpianis magnā cōsolationē. Qñ si aliq̄s nostrū dubitaret dicens. O miser: q̄d scis ego si sum bene baptizatus: qz forte fui baptizatus ab ignorante siue a vetula z c. iō q̄d erit de aia mea? Jō ecce consolatio, posito casu qz baptizans erraut in forma vel in intētione: sz tu nescis. qz si scires: decetero faceres te baptizari. hoc sufficit: z iā es baptizatus baptismo flaminis. Hec declaratio abstrahitur ab illa autoritate apl̄i. ij. ad Cor. viij. Si em̄ voluntas prompta est sm̄ id qd̄ hz accepta est: nō sm̄ id qd̄ nō hz. Nota. Volūtas prōpta est. s. desiderādo illd̄ qd̄ nō habet accepta est: sup. apud deuz sm̄ illd̄ qd̄ hz. s. desiderū vel promptitudinem. Jō nullus oz ite baptizari: nisi esset certꝰ qz nō esset baptizatus. Sed de pueris parvis q̄ non habent liberū arbitriū nec volūtatē est periculū. Qñ si puer q̄ portat ad baptismū moreret in via. nō saluat. Rō qz nō habet voluntatē. Si dicatur. Nunq̄d saluatur in fide parentū? Dico qz nō nisi recipiat baptismū: qz nō hz prōptitudinē volūtatis. Jō multū debēt cauere mulieres ne pueri moriantur sine baptismo. Sz si adultus indens vel agarenus vadēs ad baptismū recta intētione z no ficta moriꝝ in via: talis saluat propter prōptitudinē volūtatis. Jō xps Ego sitienti. i. ardēter desyderanti dabo de fonte aque vite gratis. Apoc. xxi. De isto dicit thema. Qui crediderit z baptizatus fuerit: nō solū baptismo flaminis sed etiā flaminis. saluꝰ erit. Tertiꝰ est de sanguine martyriali. Qñ em̄ nō baptizatus baptismo aq̄: interficit ꝓpter xpm̄ saluatur. vt ptz de rhetoribꝰ adductis ad di sputādū cū beata Katherina: Dic historiā: z quō sine dolore mortui sūt. De hoc baptismo dicit xps martyrib⁹. Calicē q̄dem quē ego bibo bibetis: z baptismo q̄ ego baptizo: baptizamini. Mat. xx. Not. calicē. i. passionem: qz sicut calix cōtinet certā mēsurā: sic in passiōe martyꝝ nihil fiebat sine mēsura: sz sm̄ mēsurā certā a deo ordinatā. Iste baptismꝰ est minor in aliquo. Minor est i hoc: qz nō dat characterē vt primꝰ. Qñ illi. s. rhetores non habēt characterē: sz est maior in hoc: qz nō solū purificat vt baptismꝰ aque a culpis z penis: sz etiā sctificat creaturā: ita vt de ea fiat festū. Jō Joā. Beati qui lauāt stolas suas in sanguie agni vt sit ptās eoꝝ in ligno vite: z per portas intrent ciuitatem. Apoc. xxij. Nota. Beati qui lauant stolas suas. i. corpora sua. Ratio quia sicut vestis cooperit corpꝰ. ita corpus eo

perit alam in sanguine agni. Quare nō dicit in sanguine ꝓpio. Rñsio: q; modicū valet effundere sanguinē ꝓpiū: q; cū sit infect⁹ peccatis nō posset lauare aiaz ops ergo lauare in sanguine agni. Jō de martyr⁹ dr. hi sunt q̄ venerūt ex magna tribulatiōe: z lauerūt stolas suas; z dealbauerūt eas in sanguine agni. apo. vij. Sed quid si aliquis pro xp̄o moritur z nō occidit z nō effundit sanguinē: q; suspendit: vl submergit: vel suffocat: vl fame mouit: nunq̄d est martyr? Dico q; sic q; in sanguine. i. ꝑ fide xp̄i mouit. Itē vt sit ptās eoz in ligno vite sup. ad accipiēdū fructus ei⁹. Lignū vite est xp̄s: q; facit fructus totius scientie gaudij z letitie charitatis z sanctitatis z eterne vite. Et per portas. i. virtutes intrent in ciuitatē s. celestē nō dr ꝑ portā in singulari: sz per portas in plurali: ad ostēdēdū q; nō soluz fiunt martyres illi qui occidunt pro fide xp̄i: sed etiā pro quacūq; virtute vel iusticia manutenēda. Vñ ioā. baptista martyr est: q; ecclesia dicit. Prepotens martyr heremi q̄ cultor: tñ nō ꝑ fide. q; nulla questio sibi fiebat de fide: sz ꝑ virtute castitatis: q; reprehendit herodē de luxuria: mortuus est z decapitatus. Mar. vj. O quot martyres essent in hoc mundo si vellēt. Verbi gratia. Qñ aliquis videret aliquē deū blasphemantē: etiā dñm vel regē z aliquis reprehenderet eū si occideret martyr efficeret cū ioanne: q; maiorem rōnem hz martyriū q̄ ioānes: q; pl⁹ peccat blasphemator q̄ fornicator. Jtez si quis occidit: q; defendit cōitatē: iuste martyr est. Itē si dñs occidit sacrilegū q; nō vult vocare meretricē ꝛc. martyr est. z per portā castitatis intrat ciuitatē paradisi. Idē de muliere maritata nolēte cōsentire viro eam indebite ꝛc. Itē de notario vel teste nolēte facere falsū instrm et occidit: martyr efficit z ꝑ portā iustitie intrat ciuitatē celestē. Ecce q̄r dicit ꝑ portas. i. ꝑtutes. De isto dicit the. Qui crediderit z baptizat⁹ fuerit ꝛc. Quart⁹ est de mia pniali. Jsta oporteret nos baptizari q; hz fuerim⁹ baptizati baptismo fluminis tñ post ea facim⁹ tot ptā: q; macula m⁹ nos turpit tā corp⁹ q̄ aiaz. nō h̄ abem⁹ aliū remediū nisi mie pniak. s. i. corde ꝑteri ō ꝓpter: recipere ꝓpositū ꝓpter nō peccādi: z debem⁹ recipere ꝓpositū ꝓpter di. Et cum vna gutta lachrymarum placiet z lauabit: q̄ cum tota aqua maris tūc restat pena in purgatorio. Dicit baptismus mie pnialis: q; ista aia peccatrix lauatur in fonte mie dei. De isto dicit scriptura i figura Judith. Exibat iudith noctibus in vallē bethulie: z baptizabat se in fonte. Judith. xij. Nota. Judith. i. confessio ſm interpretationem hebraicā: exibat noctib⁹. Noctes in scriptura significant peccata: sed dies gratiaz bonā vitā. Qui ambulat in tenebris: nescit quo vadit. Ergo ambulate dum lucē habetis: vt nō tenebre vos ꝓprehendant Jo. xij. Exibat ergo noctib⁹. s. ad cogitādum ptā cū dolore z cōtritiōe. Et cōcordat Dauid dicens. Laboraui in gemitu meo lauabo per singulas noctes lectum. glossa: per singula peccata: Not. q; si q̄s penuteret de vno ptō z nō de alio: nihil valet. Jō confessor dz interrogare a cōfitente z peccatore z penitemini de oibus istis peccatis: si dicit sic: nisi de tali z tali: nihil valet: nec est absoluendus. Nota in vallē bethulie. i. penitētie: non dicit in montē: q; pnia requirit humilitatē: vt ꝑ in operib⁹ pnie. Primo in cōtritione in q̄ cor leonis ꝑ superbiā restringit: ꝑ humilitatē z peccator contritus dicit. O miser quid erit ō me? Cōtritio si vera est nō est sine humilitate. Scōo in confessione humiliādo se: quantūcūq; sit magnus dñs flexis genibus dz cōfiteri. Itē dicēdo mala z peccata sua quasi se diffamādo. Ecce in valle bethulie. Idē de alijs operib⁹ mie que omnia humilitatē importāt: vt oratio genibus flexis. Jeiunij humiliat corpus: elemosyna bursam: remissio iniuriam ꝛc. Ecce qualiter humilitas penitētie est fons diuine mie: aiam purificans. ergo lauamini. s. per pniam: mūdi estote auferte malum cogitationū vestrarū ab oculis meis. Esa. j. De isto dicit thema: Qui crediderit ꝛc. Quint⁹ est de igne purgatorij. Dicūt aliqui ignorātes q; vltra mare sunt gentes que baptizantur igne hoc nihil valet: q; de⁹ in hoc mundo nō instituit baptismū ignis sed aque. Sz ex sua nimia mia i alio mōdo instituit baptismum ignis purgatorij vbi baptizantur penitentes: qui nō peracta penitētia

ꝺdigna deceduntꝫ vbi gr̃a. Qñ mouꝫ pe
nitens q̃ de peccatis habuit contritionē
sed nō tantā sicut pcā sua meruerūt ad
dimissionē culpe ⁊ pene q̃ fuit ꝓfess⁹ ⁊c. ⁊
mouitur statiꝫ anima ducꝫ ad iudiciū ⁊
dicit xp̃s ãgelo. Baptizeꝫ in fonte ignis
purgatorij: vt mundetur a maculis. No
ta modū qualr ab angelo tanꝫ a sacer-
dote immergꝫ ⁊c. De isto authoritas di
cebat Jo. Ego quidē baptizo vos in aq̃
qui aūt post me venturus est fortior me
est: ipse vos baptizabit in spūsctō ⁊ igni.
Mat. iij. Nota fortior: qr iste baptismus
ignis valde est penalis. Ipse. s. xp̃s vos
baptizabit in spiritusancto. qr gratia ē
spiritussancti q⁹ in alio mūdo habeam⁹
locū pnie ignis ⁊ per ignē. Scōm gram
maticā antiquā dicebaꝫ igne vl igni in
ablatiuo. Jō pñt dicere aie qñ exeunt de
isto baptismo ignis purgatorial. Tran
siuim⁹ p ignē ⁊ aquā: ⁊ eduxisti nos i re
frigeriū. ps. lxv. Not. p ignē ⁊ aquā: qua
re pius ponit ignē cū pri⁹ baptizeꝫ aqua?
Rndeo: quia ignis est fortior ⁊ pncipa
lior. Jdeo de potioꝝ⁹ pius est speculan-
tio. Nota q⁹ solū christiani intrāt purga
toriū. De isto dicit thema. Qui cre. ⁊c.
¶ Dñica intra octa. aſcē. dñi. Sermo. v.

In oibus honori
ficetur deus. Habeꝫ verbum
istō originaliꝫ. ſ. Pe. iij. ⁊ recitatiue in epla currēs dñice.
Hoc vbū indiget vna breui declaratiōe.
Pro q̃ sciēdū ē q⁹ dicūt oēs sci doctores
loquētes de mundi creatione. De⁹ creauit mundū triplici rōne. Prima ex parte hoim fuit necessitas ⁊ vtilitas. Scōa ex parte dei ⁊ pncipalis fuit pro hono
re ⁊ gloria sua. De prima sciebat de⁹ qō hoies indigebant loco firmo: ad habitādum: laborandū: seminandū: colligēdū nutriendū iumenta. propter hoc creauit deus terrā. Item sciebat q⁹ homines indigebāt aqua ad lauandū: bibendū: nauigandum ⁊c. Jdeo creauit deus mare ⁊ fontes ⁊ flumina. Itē qr habebāt respirare. ideo fecit aerē. Jdē de igne ad calefaciendū ⁊ ad prep arandū alimēta ⁊c. Itē qr indigebamus lumine fecit solē p diē: lunā ⁊ stellas p nocte. Itē sciēs q⁹ terra nō germinaret sine influentijs. ideo fecit planetas. Itē sciens q⁹ morimur: fecit cē lū pro bonis: ⁊ carcerē inferni p malis. Istā primā rōnē tāgit scriptura di. Siue mundus siue vita: siue mors siue pñtia siue futura: oia eiꝰ nr̃a sunt. ſ. Corin. iij. O q̃tū debem⁹ ipm diligere: qr tāt fecit p nobis. De scōa ratione principali. ſ. p honore ⁊ gl̃ia sua vt in mūdi creatiōe co gnoscatur eius potētia diuina: qr qui ta lia ex nihilo fecit potēs est. Itē vt cognoscaꝫ ei⁹ sapiētia in mundi gubernatiōe. Itē ei⁹ clemētia in oi passione. Jtē eius mia in bonoꝝ pmiatione. Et ei⁹ iustitia in maloꝝ dānatiōe. Ecce scōa rō pncipalis: quare creauit deus omnia vt a nobꝫ laudeꝫ honoreꝫ ⁊ glorificeꝫ. Not. ad hoc similitudinē de potētissimo rege habēte palatiū p se: ſz gētes sue nō habebāt domos: villas: vl ciuitates: ſz viuebāt ſ nemoribus: q̃ suis ppriis sumptibus edifi
cauit. eis vnā pulchrā ciuitatē duplici rō
ne. Prima ꝓpter necessitatem ⁊ vtilitatē gētiū suaꝝ. Sed scōa p honore suo. Jta etiā de deo dicim⁹ qui habeba: palatiū sue eternitatis vbi habitabat: ſz p nobis creauit celū ⁊ terrā ⁊c. p honore suo vt ostēderet suā miaz abundantē ⁊ iustitiā rigorosam: ideo dicit scriptura regi seculoꝝ immortali: inuisibili: soli deo honor ⁊ gloria. ſ. Tim. j. Utilitas est hoiz: ſz honor ⁊ gloria sunt dei. Jdeo sicut deus nō tangit partē nostrā: ſz totā vtilitatem dimittit nobis: ita etiā nos nō tāgam⁹ partem suā querētes etiā honorē seu gloriaz nostrā sed dei: qr soli deo debetur honor ⁊ gloria. Iō dicit thema. In oibus honorificetur deus: ptz the. Occasione huius verbi amore vestri q̃ssui in sacra scriptura: q̃ sunt ⁊ quot i quib⁹ debem⁹ deū honorare. Et inueni q⁹ sunt q̃tuor i summa
Pio debem⁹ dare deo de corde amorem supernalem.
Scōo de ore laudem temporalem.
Tertio de corpore rigorē virtualem.
Quarto de bonis exterioꝝ⁹ pncipalitatē: ⁊ de istis q̃tuor loquit thema di. In oibus sup. bonis honorificeꝫ deus.
¶ Dico eīm primo ⁊c. Jz eīm debeam⁹ diligere patrē ⁊ matrē: sorores: parētes: et amicos: vitā ppriā ⁊ famā sup oia tñ diligend⁹ ē de⁹ qr diuino amori nō est ꝓpo
nēdus amor alicui⁹ rei create: nec patris

nec matris ꝛc. Sz amor creatoꝛ sit i coꝛde quasi oleū in lāpade: qz oibus dilectionib⁹ supnatare. Si vis bñ soluere debitū deo: facias q amoꝛ pris ꝛ matꝛ ꝛc. sit i coꝛde tuo vt aqua frigida nō supnatando. Amoꝛ ãt dei sit vt oleū in lāpade caliduꝫ ꝛ natãs alꝫ ñ soluis deo. Ecce q̃d dicit ipsemet. Qui amat patrē vel mrem plusꝫ me: nō est me dign⁹. sup. habere in hoc mũdo p gr̃am ꝛbñdictionẽ nec i alio p gloriã ꝛ salutionẽ. Et q̃ amat filiū ꝛ filiã super me: non est me dignus. Mat. x. ¶ Questio moralis. Diceret aliq̃s. pater ego diligo deū sup oia dctis mihi aliq̃ signū. Jõ ego dabo signū vobis: qz mihi credũt diligere deū sup oia ꝛ nō faciunt. Ad pbationẽ: si vos habetis duos amicos: ꝛ illi discordãt inter se ꝛ vos facitis partẽ cũ altero illoꝝ: signū est q̃ plꝰ diligitis illū ꝙ alterū. Sic in ꝓposito. Nos diligim⁹ patrẽ ꝛ matrẽ ꝛc. ꝛ dñm. Ecce venitis ꝙ ad punctū in q̃ opz facere vel cõtra deū: vel ꝓtra creaturã dilectã. Si amoꝛ creature facitis cõtra deū signū est q̃ plꝰ diligitis creaturã ꝙ deuz. si oppositū: signū est q̃ plus diligitis deū. ℣bi gratia. Si filiꝰ vester infirmaꝝ dicit vobis q̃ vadaꝫ ad diuinos vl̃ oratores: ꝛ deꝰ ꝑcipit oppositū q̃ nullꝰ vadat ꝛ necessitas ꝛ amoꝛ filij te idinãt q̃ vadas ꝓpterea certũ est q̃ plꝰ diligis filiū ꝙ deū. Jtẽ si pdi disti tacẽ argẽteã vel pecuniã vel aliq̃ iocale ꝛ cupis illd iuenire: ꝛ ꝺi q̃ vadas ad sortilegos: diuinos ꝛc. ꝛ deꝰ ꝑcipit q̃ nulla de causa recurramus ad eos si vadas ad sortilegos certũ est q̃ plꝰ diligis tacẽ ꝛ creaturã ꝙ deū. Jtẽ de amico capto ẽt de se vt hõ dicat veritatẽ cogit̃ medio iuramẽto ꝛ deꝰ ꝑcipit q̃ ꝓ toto mundo saluãdo nõ faciam⁹ falsuꝫ iuramẽtũ. Si ꝓ vite ꝑseruatiõe amici vl̃ suũꝓ si⁹ falsũ iurat plꝰ creaturã ꝙ deū diligit. O q̃t sunt q̃ dicunt se amare deū ꝛ mentiunt: qz ꝓ vno denario vel ꝓ vna parua re ne soluant iurant falsε. Nota q̃ ꝑiũ est ꝛ magnũ iuramẽtũ falsuꝫ. Et fac gradus peccatoꝝ in manu dicendo. Magnũ peccatũ est furtuꝫ: sed maius ꝑiũ est fornicatio simplex: ꝛ maiꝰ adulteriũ ẽ maiꝰ homicidiũ: sed super oia ista maius est falsum iuramẽtũ. Et ls in hoc mũdo plꝰ puniaꝝ homicidiũ: tñ apud deū plus puniet falsum iuramẽtũ. Rõ qz homicidiũ est ꝑiũ ꝓtra ꝓximũ sed iuramentũ falsum est directe cõtra deũ: tangit enim deum. Mõ peccatũ aggrauaꝝ ex dignitate persone ad quã peccatur. De hoc vide. s. tho. s. ii. q. lxxiij. ar. iv. Jõ summopere cauendũ est periurũ ꝛ falsum iuramẽtum. Ecce signũ maioris dilectionis. Jõ Greg. Probatio dilectiõis exhibitio est operis. Qñ aũt quelibet res dilecta ponitur ne dei preceptũ transgrediatur. quis tũc deũ sup oia diligere cõprobat? Jõ ꝑs. Qui hz mãdata mea ꝛ custodit ea: ille est q̃ me diligit. Joã. xiij. Qui hz mãdata mea. s. i coꝛde: ꝛ seruat ea. s. i opere ille est q̃ me diligit. Qui ãt diligit me: diliget a ꝓre meo: ꝛ ego diligã eũ ꝛ manifestabo ei meipm. Ecce q̃d est amoꝛ supnalis. Et poterim⁹ dicere thema mutando vnũ ℣bũ dicentes. In oibus. s. precordijs amet deus. s. ipsum laudãdo: benedicendo ꝛ glorificãdo. ¶ Dico ſcdo ꝛc. Rõ pulchra. Cõis experientia docet q̃ quilibet dz ꝓ tpe assuescere officio de quo semp hz viuere. Jõ pater si vult q̃ filiꝰ suus sit notariꝰ iam qñ est puer ostendit sibi lras ꝛ scriptarã. Itẽ si sartoꝝ vel sutoꝝ: ꝛ sic de aliis. Mõ videam⁹ q̃ officiũ habebim⁹ in alio mũdo de quo viuam⁹. In celo esse nõ sunt sartores vl̃ sutores: qz vestis gloriosa nũq̃ rũpit: sicut nec vestis solis ꝛ stellarũ ꝛ lune: nec sunt sutores vel argẽtarij ꝛc. Solũ est ibi officiũ laudãdi deũ: sicut tu delectabiliter comedis vel bibis qñ æsuris vel qñ habes sitim. Ideo dicebat dõ Beati q̃ habitant in domo tua dñe: in secula seculoꝝ laudabũt te. ꝑs. lxxiij. Fiat ergo ratio. Quilibet tenet addiscere officium de quo viuat: ꝛ nos in alio mũdo habemus viuere de officio laudãdi deũ. Jõ iam hic in presenti mũdo debem⁹ addiscere hoc officiũ ꝛ linguã nostrã habilitare. Sed sunt multi miseri q̃ addiscũt officiũ inferni: qđ est maledicere: iurare blasphemare ꝛc. vt dicit beatus Joãnes Estuauerũt homines estu magno ꝛ blasphemauerũt nomen dei. Apo. xvj. Et loquitur de dãnatis: quia ignis noster frigid⁹ est respectu illi⁹ inferni. Et quot sunt modo in hoc mundo q̃ addiscunt istud officium qui statim qñ habẽt iram blasphemant. Illi ãt q̃ debent esse ꝛ viuere in pa

radiso cū angelis.iā hic incipiūt laudare deū ⁊ bñdicere oīādo ⁊c. Quilibet talis poterit dicere cū dō. Bñdicā dñz in oī tpe semp laus eiꝰ in ore meo.pō.xxxiij. No.q̄ dr i oī tpe referr ad ecclīasticos q̄ oibꝰ horis canonicis hñt bñdicere deum q̄ sunt septē ⁊ dicunt i memoriā passiōis Tales tenēr ꝑsiliū Thob. dicēs. Omni tpe bñdic deū ⁊ pete ab eo vt vias tuas dirigat ⁊ ꝑsilia tua i ipo pmaneāt. Tob. iiij. Nota pete ab eo vt vias tuas ⁊c. Et si tu dicis deuote ⁊ diligēter matutinas deꝰ diriget viā tuā ꝑ viā humilitatis ꝫ supbiā. Et pmā dirigat viā tuā ꝑ viam mie ⁊ liberalitatis ꝫ auaritiam: ⁊ sic de alijs ✠tutibꝰ. Ob dr. Semp laus eius in ore meo. referr ad laicos q̄ mane ⁊ vespe semp debēt orare. Q̄si iuge sacrificiū offerant deo ergo offeramus hostiā laudis semp deo. i. fructū labioꝝ cōfitētium nomini eius. Ad Heb. vlti. Dico tertio ⁊c. scz ꝑ pniam ieiunij vigiliaruz ⁊c. Si rex cōmitteret castrū custodiēdū militi scīs castrū regi vellet rebellare ✠tuz placeret regi si ille miles prudēter ⁊ cum rigore teneret castrum ne posset rebellare. Sic cui libz nrm cōmissuz est castrū corpis: ⁊ habitatores. s. quinq̄ sensus inclinatiōes ⁊ mēbra vellēt cōtra deū rebellare. Sēsus em ⁊ cogitatio hūani cordis i. malū pna sunt ab adolescētia sua. Gen. viij. Item Sapientia carnis inimica est deo. Legi em dei nō est subiecta. Rom. viij. Quantū ergo placebit regi xp̄o si cū rigore penitētie prudēter custoditus castrū: ⁊ notabiliter talis remunerabitur ab eo. Ideo apls. Ego q̄dē sic pugno nō q̄si aerē verberās: scz castigo corpꝰ meū: ⁊ in seruitutē redigo: ne forte cū alijs ꝑdicaueriz ipse reprobꝰ efficiar. s. ad Cor. ix. Ecce q̄liter penitētia est necessaria. Dicunt stulti. Et q̄d pficit deo mea penitētia vel ieiunū ⁊c. Respōdēdum est his stultis. Ut q̄d pficit regi q̄n miles custodit sibi castrū. Nonne de hoc rex hz honorem seruitū ⁊ gloriam imo dicit apls. Obsecro vos fratres per miam dei vt exhibeatis corpa vra hostiā viuētē scām: deo placentē: rōnabile obsequiū vestrū. ad Ro. xij. Jō dicit thema. In oibus sup. corporibus. honorificē. deꝰ scz ꝑ penitentiam Empti em estis ꝑcio magno. s. ad Cor. vj. Dico quarto q̄ debemus dare deo bonis exteriorib⁹. Deus nō indiget pane: vino: ⁊ alijs ꝑ se: sed ꝑ suis seruitoribus. Sicut nec rex expetit ꝑ se oēs redditus: sz indiget ꝑ seruitoribus. In rebus est deꝰ honorādus principalr. Et hoc fit soluēdo iuste decimas ⁊ pmitias ⁊ dāndo paupibꝰ elemosynas amore sui. Multū honorat patrē q̄ filijs suis paupibꝰ dat elemosynā. Nota parabolā de illo magno dño qui dimissis filijs iuit pegrinationem. filijs de pauptatis q̄dam dabat eis elemosynā amore pris ⁊c. Iste dñs ē xp̄s iesus. Autoritas. Honora dñm de tua sba: ⁊ de pmitijs oim frugū tuaruz da paupibꝰ: ⁊ iplebunt horrea tua saturitate ⁊ vino ⁊c. puer. iij. Nota. Honora dñm. s. dando decimas ⁊c. Scda da pauperibꝰ. Si dicat. mihi deficiet ⁊c. non est verū: imo magis abūdabis. Ecce q̄d dicit. ⁊ implebunt horrea ⁊c. Sed hic nimiū deficiūt diuites q̄ nolūt, dñm honorare: dando vel mutuando sine vsura. Nota hic spēs ⁊ rōnes vsure. Deo gratias.

¶ Dnica intra octa. ascēsiōis. Ser. vj.



Ante oia charitatē hñtes. Uerbū istud habet textualiter in prima Can. Petri. c. iiij. ⁊ recitatiue in epistola currentis dñice. Pro hui⁹ verbi declaratione ⁊ materie predicande introductione sciendū q̄ doctrina est cōis in sacra theologia certa ⁊ vera q̄ inter oēs ✠tutes morales: ⁊ theologicales ✠tus charitatis ē maior ꝓncipalis ⁊ excellentior. ꝑz hoc ꝑmo in ✠tutibꝰ moralibus. Nā ✠tutes morales solū hñt ꝑ obiecto creaturas: q̄ solū habēt suū actum officiuz seu operationem in rebus creatis. verbi gratia. Quid est ✠tus prudētie nisi q̄ in periculis hui⁹ mūdi sine anime sine corporis vel bonorum homo sciat gubernare se ergo obiectum suum in creaturis est. Item. Quid est ✠tus iusticie: nihil aliud est nisi q̄ in negocijs hui⁹ mūdi questionibus litigijs ⁊c. detur vnicui q̄ quod suum est: ergo suum officiuz est circa creaturas. Idem de virtute tēperātie. Quid est virtus temperātie: nisi q̄ in delitijs huius mundi homo sciat tenere mēsurā. Idē de fortitudine q̄ in hoc con-

fferit q̄ ex laborib⁹ tribulatiõib⁹: angustijs ꝛ psecutiõib⁹ hõ nõ dimittit bonaz viã nec bona opa. Idē de hũilitate q̄ i hoc ꝓsistit q̄ i hõnoꝛib⁹ officijs: dignitatib⁹ hõ nõ trãseat limites sed cognoscat suã fragilitatē. Idē de ɣtute mie'q̄ i hoc ꝓsistit q̄ de bonis spũalib⁹ ꝛ tpalib⁹ sub uenia indulgẽtib⁹. Idē de castitate. ad quã ptinet custodire se ab actib⁹ verecũdis luxurie. Idē de patiẽtia: q̄ in hoc cõsistit q̄ de iurijs nõ accipiat hõ vindictã ꝛ sic de alijs. Pz ergo q̄ oẽs ɣtutes morales suũ actũ effectũ officiũ ꝛ opationez habẽt circa creaturas ꝛ etiã obiectũ earum aliquõ creatũ. Charitas solũ deuz hz pro obiecto: qz charitatis est diligere deũ ꝓpter se: ꝛ primũ ꝓpter deũ. Totũ hoc est diligere deuz vnica rõne. Qz dicit phs q̄ ybi nõ est ꝓpter alterꝝ vtrobiq; tm̃ vnum ɣbigra. Uos diligitz sanitatẽ ꝛ diligitis medicinã amarã ꝓp sanitatẽ: ergo tota rõ amabilitatis ẽ in sanitate. Sic nulla creatura est amabilis de se amore charitatis: sz ꝓp deũ inq̄tũ est imago dei. Pz ergo q̄ charitas excellit ɣtutes morales Auctoritas. Induite vos sicut electi dei scti ꝛ dilecti viscera mie: benignitatẽ: humilitatẽ: modestiã: ꝛ patiẽtiã ꝛc. vbi enumerat multas ɣtutes morales. Super oia aũt hẽ charitatẽ habete q̄ est vinculũ pfectiõis. ad. Col. iij. Nota. Induite: qz ɣtutes sunt vestes ale. ꝛ iõ phs i ethicis ɣtutes vocat habit⁹. Et sicut religiosus sine habitu dr̃ apostata: ita aia sine ɣtutib⁹ est abominabilis deo ꝛ oib⁹ sctis. Super oia aũt charitatem habete. Ecce quõ ponit sup oẽs ɣtutes morales. Rõ: qz ẽ vinculũ pfectiõis. Cũ dicam⁹ hec charitas nõne meli⁹ diceret q̄ est vinculũ. ꝛ tũc relatiuũ ꝛ aficedẽs ꝓuenirent. Pro rñsione No. q̄ ɣtutes morales sunt acq̄site exercitio bonoꝝ operũ. Nã habit⁹ ɣtutũ ex bonis opib⁹ diu cõtinuatis gñatur. Sz charitas est purum donum dei p infusionẽ. nõ enim reducit ad eẽ de potẽtia materie ex vsu bonoꝝ operũ: sicut ɣtutes morales sz infundit a deo. iõ ly q̄ nõ facit relationẽ ad id q̄ dr̃ charitas: sz ad donũ q̄ subintelligit. q̄n dr. sup oia charitatẽ habete q̄. s. donũ charitatis est vinculũ pfectiõis. Itẽ charitas hz excellentiã ꝛ maioritatẽ sup alias ɣtutes theologicales. Dicũtur enim theologicales: a theos q̄ est deꝰ: qz ordinat ad deũ ꝛhñt deũ solũz ꝓ obiecto. Et sunt tres. s. fides spes ꝛ charitas. De ista materia vide sctũ Tho. s. ij. q. lxij. ar. j. ibi oñdit ꝗre dicunt theologice. Et ar. ij. oñdit differentiã eaꝝ a ɣtutib⁹ moralib⁹ ꝛ itellectualib⁹. Et ar. iij. eiusdẽ q̃stionis oñdit numerũ eaꝝ: qz tres sunt: ꝛ non plures neq; pauciores. Et ar. iiij. ostendit ordinẽ earum q̄ sit ꝓꝛ inter ea. s. s. iter fidẽ: spez: ꝛ charitatẽ. Quare actꝰ sunt vt sequit. Fides ẽ credere deo de his q̄ nobis reuelauit. Qz fides xp̃iana nõ est credere Petro: nec Paulo: nec aplis. nec prophetis: sz credere deo q̄ locut⁹ est aplis ꝛ ꝓphis Spes aũt ẽ spare in deo: non sperare in ꝓncipib⁹ seu ꝓlatis. iõ. Dauid. Nolite cõfidere in ꝓncipibus neq; in filijs hoiz in q̃b⁹ nẽ est sal⁹: sz in deo. Sz charitas est maior. De hoc vide sctm̃ Tho. ꝑma. ij. q. lxvj. ar. vj. Rõ: qz charitas i sua essentia nõ icludit defectũ siue impfectionẽ sicut fides ꝛ spes. Qz fides est credere q̄ nõ vides. Ecce impfectio. Spes aũt est spare q̄ nõ habes. Ecce defectus. Et q̄d est charitas: diligere deũ ꝓpter se: ꝛ primũ ꝓpter deũ: q̄ nõ icludit aliquẽ defectũ. Iõ dicit auctoritas scꝑture. Nũc manẽt fides spes charitas tria hec. Maior horꝝ est charitas. s. ad Cor. xiij. Nota. Maior horꝝ. Nũq̄d dz dici maior harũ. Rñdeo q̄ ly horꝝ nõ refert ad fidẽ ꝛ spem sed ad ly donoꝝ q̄ subintelligit. s. maior aũt donoꝝ horũ est charitas: qz iste tres ɣtutes dant a deo ꝓ infusionez. Pz ergo q̄ dixi q̄ inter virtutes morales ꝛ theologicales excellẽtior est charitas ꝓpter hoc dicit thema. Ante oia charitatez habẽtes. s. amorẽ dei feruidũ ꝛ amorem primi ordinatũ. Nota. Ante oia qz debemus laborare vt habeam⁹ ɣtutes morales. Sed ante oia charitatez habẽtes. Ista virtꝰ charitatis habet tres gradus. Primus est incipere bonam vitam fortiter. Scõs ẽ ꝓficere i bona vita abũdãter Tertius est pseuerare in bona vita finaliter. Dico primo q̄ primus gradus ꝛc. est incipere bonaz vitã fortiter. Post q̄s homo diu tenuit malum vitam viuẽdo in peccatis: addẽdo cõtinue peccata peccatis ꝛ deus facit ei gratiam q̄ redu

ad se ꝓsiderans mala ꝛ pctā q̄ fecit dicit O miser ꝛ ōīū tp̄s ꝓdidi ꝙ nullum bonū feci alie mee. O miser q̄d erit de mevolo redire ad deū: dolet ꝛ quert̄ de pctis ꝓponit nō redire ad ea: cōfitet ea clare alicui ꝓfessori acceptat libēter pniaz cōfessionis ꝛ seruat diligenter eam: cōicat deote audit missas sermones: talis est in primo gradu charitatis. De hoc Petrus apl's postq̄ dicit ante oia charitatez hītes assignauit rōnē dicēs. Q̄t charitas opit multitudinē pcōꝝ. j. Pet. iiij. Non dicit expellit vel abijcit sed operit. Videt ergo ꝙ charitas ꝛ pctā stent sīl. Rndeo dicēdo ꝙ charitas destruit pctā ōīum ad culpas: q̄ culpe non stant sīl cū charitate: sicut nec lumen cum tenebris: ꝛ operit ōīum ad penas. Nam sm sniam theologoꝝ in iudicio particulari vel vl̄i sine generali: oia pctā q̄ hō fecit sīue corde cogitando: sīue ore loquēdo: sīue opere faciendo: oia discooperiētur: nō solū tp̄o cui oia nuda ꝛ apta sūt oculis eius. ad Heb. iiij. sed etiaz angelis ꝛ sanctis ꝑ virtute diuina. Sicut vident pctā illius q̄ ponit in scala: q̄ ponūtur scripta in fronte eius: clariori mō videbunt oia pctā in iudicio vl̄i. O qualis confusio erit. Multi sunt q̄ mō reputantur boni religiosi vel clerici: q̄ tunc videbunt totū fecisse ex hypocrisi ꝛc. Jdez de plurib. Autoritas. Veniet dñs q̄ illuminabit abscōdita tenebraꝝ: ꝛ manifestabit ꝓsilia cordiū. j. Cor. iiij. Sed q̄ habebunt charitatē eoꝝ pctā non manifestabunt in eoꝝ ꝓfusionem: q̄ charitas est quasi velū seu mātellū q̄ opit multitudinē pcōꝝ: ꝛ ergo q̄ sic est incipiamus bonā vitā. Sed dico ꝙ opz incipere vitā bonā forti alo ꝛ vigoroso. Ptz hoc triplici similitudine. Prima de hoie ad altū mōtem ascēdente cui necessarius est vigor ꝛ fortitudo: q̄ cum labore ꝛ violētia ascēdit. Secus descendendo. Sic de nobis si volumus ascēdere ad montē bone vite ꝛ virtuose: necessarius est vigor: ꝛ fortitudo: q̄ violenter ascendimus: q̄ plona q̄ inclinatur ad superbiā vanitatem ꝛ pompam cū difficultate humiliatur. Jdeo est necessaria fortitudo. Jdem de auaro luxurioso ꝛ sic de alijs: q̄ cōtra inclinationē ēt difficultate fit. Jdeo reqritur fortitudo. Secus descēdendo in infernum ꝙ malā vitaz vadit hō ꝓsūptuose naturaliter q̄ caro inclinatur ad vitia ꝛ pctā. Sine magistro ꝛ doctore addiscimus peccare ꝛ male agere. Sensus ei ꝛ cogitatio humani cordis in malum ꝓna sunt ab adolescētia sua. Senek. Opz igitur facere rigorose facere vim ꝛ b ꝙpsi. Hoc sciens apl's dicebat. Ego sic curro: nō q̄si in incertū: sic pugno nō q̄si aerē verberans. Sed castigo corp⁹ meū ꝛ in seruitutem redigo. j. Cor. ix. Scōa similitudo est de hoie leuiter ligato cū filo supe simplici: talis leuiter soluetur: secus si cū chordis vel cathenis ferreis sit ligatus q̄ tunc requirtur: ꝛ forceps ad soluendum se. Jta ille qui nouiter incipit peccare est ligatus cum filo supe: q̄ leuiter potent dimittere pctā. Q̄n vero est iam aliquāt̄ assuet⁹ est cuz chordis ligatus: sed q̄n est iam antiq̄tus i pctis cathenis ferreis est ligatus. Jdeo necessaria est sibi forceps sanctonis vt soluat. Multi hoies ꝛ mulieres sunt ligati istis cathenis de malis cōsuetudinibus qui q̄n interrogantur a confessore an iurāt deuz: dicunt Pater consuetudo est. hoc vultis dicere: q̄ iam estis ligat⁹ ista cathena q̄ ducit vos ad infernum. Multi vellent soluere istā cathenā ne iurarent ꝛ non ꝑnt: ita sunt male assueti: sed frangetis eas assuefaciendo vos ad infirmādum vel negandum ꝙ aduerbia. Jte sīl matres q̄ curant de filijs corrigerēt eos ne iurarent ꝛ docerent eos loqui ita nō sic est ꝙ aduerbia: q̄n essent magni non iurarent. Jdem de pctō vsure: si vniuersitas vel particularis hō venit ad diuitem vt mutuo recipiat pecunias ab eo: rndet diues: placet mihi: sed soluet̄ vltra sortem tm̄ quolibet anno. Dico ꝙ hoc est vsura: q̄ pro mutuo non p̄t hō aliquid accipere. Et vsurarius dicit cōfessori. Pater consuetudo est. O vos vultis dicere q̄ estis ligati ista cathena. Sensualia bona sunt seruanda duabus conditionibus. Prima est ꝙ sit vera empcio. Scōa ꝙ precium sit iustum. Item vendere plus ꝓpter dilationem solutionis. Dicit vsurarius. Pater consuetudo est: sed vsurarios hac cathena diabolus trahit ad infernū. Item confesso vi-

vit emere p pecunia parata minori pre
cio est vsura. Pr̃ psuetudo est ꝛc. Rñdet
vsurarius. Itē obligatio libertatis ad
molēdinū rōne mutui: vsura est. Sz po
testis dicere tm̃ p tāto sine aliqua cōdi
tione: ꝛ ille, bñ faciet sz nō obligetis eū.
Itē mutuare possessiones ꝛ interim fru
ctus recipiēdo vsura est. Itē si seruatis
vos pignora ꝛ vtimini pignoub⁹: vsura
est. Pr̃ psuetudo est: dicit vsurarius. Sed
solutio nulla est. Cōtra leges humanas
pōt allegari psuetudo q̄ p ꝝ psuetudi
nē abrogant. Sed nō ꝫ lege dei immo p
ptēr psuetudinē grau⁹ pctm̃ est: ꝛ talis
mala cōsuetudo vertit in naturā: itm̃ q
q̄ si impossibile est dimittere illas ma
las psuetudies. Autoritas. Si mutare
pōt ethyops pellē suā aut pdus varieta
tes suas: ꝛ vos poteritis bñ facere cū di
cētis malū. hiē. xiij. Tertia similitudo
est de illo q̄ vadit p viā ꝛ hz trāsire pas
sum angustū in q̄ expectāt eū inimici en
sib⁹ euaginatis ꝫ eū vt occidāt: necessa
ria est sibi fortia ad transeūduz vt possit
euadere. Ita est de nobis. Lingua hois ē
ad instar ensis facta: ꝛ q̄n alios vult in
cipere bonā vitā dimittēdo vitia: vani
tates ꝛ pctā: statim illi q̄ puus fuerunt
socij in pctis nituñt eū retrahere. s. obloq
uētes. Vbi gra. Si in aliquo monaste
rio vel collegio est alios religiosus vel
clericꝰ bñ dissolut⁹ ꝛc. Null⁹ dicit sibi ali
quid: imo cōmēdabit de fortitudine ꝛc.
Et si ponit se i via bone vite vtvadat ad
paradisum factū est: alij q̄ vadūt ad in
fernū statim psequunt eū. Idē de clerico
ꝛ laico: idē de mulierib⁹. Idē de illo qui
parcit limitis ꝛc. Quot religiosi miseri
clerici ꝛ alij sunt q̄ vellēt incipe bonā vi
tā: sed dicūt. O miser q̄d faciā: qz dicent
q̄ sum hypocrita. Jō necessaria ē fortia
nō curare: q̄d dicūt male gētes. Sz quid
vult deus ꝛ q̄d tenemini facere hoc. s. q̄ō
dicit dñs p pphām hieremiā. xv. Unusq̄q̄
a primo suo se custodiat: ꝛ in omni
fratri suo nō habeat fiduciā: qz omis fra
ter supplātās supplātabit: ꝛ omis amic⁹
fraudulēter incedit: ꝛ vir: ffrem suū deri
debit. Tm̃ dilectio diuine voluntatis vigo
rose liberat ab oib⁹ istis supradictis. Au
toritas. Aq̄ multe nō potuerūt extingue
re charitatē nec flumia obruēt illā. ca. fi.
vij. Et loquit de eo q̄ fortiter ꝛ vigorose
recepit bonā vitā. In tali em̃ aq̄ multe
s. maloꝝ inclinationū ꝛ male psuetudi
nis nō potuerūt extinguere charitatem
nec flumina. s. obloquētiū obruēt illaz.
Ecce primus gradus charitatis: principiū
bone vite: nō incipiam⁹ p rpe dū sum⁹ i
hoc mūdo auisando ꝛc. Scōs grad⁹ est
pficere in bona vita abūdāter. Ex quo
hō incepit ꝛ ptinuauit iā gētes nō obloq
uunt ꝫ eū: qz videt bonā ptinuationez
q̄ nō ficte: sed vaciter bonā tenet ptinua
tionē ꝛ bonā vitā. Lz a principio mirent
ꝛ obloquant tacēt post. Tūc tales fiue
talis debēt vel dz pgregare vtutes ꝛ bo
na opa ꝛ merita abūdanter. Nota sili
tudinem de arbore transplātata in bona
terra rigata ꝛ radicata facit flores folia
ꝛ fructꝰ ita ex quo psona ē trāsplantata
de terra sterili male vite in bonā vitam
dz facere flores oronum: folia elemosy
nay ꝛc. ꝛ fructū meritoꝝ. Auto. hoc ouo
vt charitas vestra magis ac magis abū
det in oi scia ꝛ in oi sensu vt pbetis po
tiora: vt sitis sinceres ꝛ sine offensa i die
rpi: repleti fructu iustitie. Ad phil. j. No
ta quatuor in q̄bus est hñda abundan
tia. ¶ Primo debetis abundare in scia.
Si dicat rusticus. Et q̄o ergo potero
abundare in scia? Rñdco. Nos q̄ habe
mus pdicare habemus abundare i scia
theologie: q: alis faceremus errare pplz.
Sed vobis simplicib⁹ sufficat scire Cre
do in deum in quo sunt oēs articuli fi
dei. Dicatur hic. Sc̄o debetis abunda
re in oi sensu priaz faciendo. Sicut em̃
ex quinq̄ sensibus peccamus: ita ipsis
debemus facere priaz in oculis lachry
mando: in auribus missas ꝛ sermones
audiendo: in odoratu viam dñi sentien
do. Sicut canis q̄ sequit leporē p odo
rem sentit in bruno q̄n transiuit in gu
stu ieiunando: in sensu tactus totū cor
pus affligendo. Beatus vir qui in sapiē
tia meditabitur ꝫtum ad Credo in deum
ꝛ in sensu cogitabit circūspectionē dei. s.
penitendo. Eccli. xiij. Tertio probetis
potiora. Bonum est corpus hois: sed me
lior est aia. Ita bona sunt opa bona cor
porum: sed meliora sunt aie. s. orones de
uote et contemplationes. Multi sunt
qui ex operibus misericordie corpoꝝ

perdūt bona anime:qz negligūt nimis: Non possunt audire mones q̄ est optima contemplatio.z sic de alijs. Propter hoc scripsit apls ad thimotheū: qui faciebat magnas afflictiones corpis dicens. Exerce teipm ad pietatem scilz ad spiritualia. Naz corporalis exercitatio ad modicū vtilis est. Pietas aūt ad oia vtilis est,promissionez hūs vite q̄ nunc est et future.i.ad Tim.iij. ¶Quarto q̄esum xp̄m dn̄m nr̄m:qz nulla alia lex ducit ad paradisuz nisi lex xp̄i.nom moysi nec machometi:iz dicant iudei. Nota h̄ exemplū de illo diuite q̄ habebat tres filios et vnū lapidē preciosum magni precij. Et q̄libet filius petebat illū lapidem a p̄re. P̄r aūt volens illos p̄etare vocauit vnū lapidarū q̄ fecit sibi duos alios lapides:oino silles lapidi p̄cioso. Et q̄n p̄r debebat mori:dedit vnū lapidē seniori fratri. Sc̄o quē magis diligebat dedit lapidē verū. Tertio filio dedit aliuz de illis de vitro. Mortuo p̄re q̄libet dicebat se habere lapidē p̄cium:iz argētari⁹ in p̄dere cognouit vez lapidē. Isti tres filij sunt tres ppli.s.iudeoz:xp̄ianorū z agarenoz. P̄r ē de⁹. Tres lapides sunt tres leges:oz ꝛc.sed cognoscuntur in p̄dere. P̄dus em̄ legis moysi fuit p̄missionē eiꝰ est q̄ solū p̄mittit terrena. Et ista q̄stum p̄derauerūt.ecce q̄d dicit Salomō de terrenis. Uanitas vanitatū z oia vanitas. Quid hz amplius hō de vniuerso labore suo q̄ laboret sub sole. Gñatio p̄terit z generatio aduenit. terra aūt in eternū stat. Orit sol z occidit z ad locū suum reuertit:ibiq̄ renascēs girat p meridiē:z flectit ad aq̄lonem. Ecce.i. Itē vidi cūcta q̄ fūt sub sole:z ecce oia vanitas. Nihil aliō p̄derat:nō est g̃ ille lapis p̄cios⁹. P̄d⁹ aūt iecte agarenoz q̄ est. p̄mittit ei lex illa maledicta nuos melius z lactis i celo:z vtres q̄n genera ōgines ꝛc. Ecce paradisus porcoū z asinorum bestialis. Ecce q̄ promittit nil ponderat. Lex aūt xp̄i p̄mittit non vanitatē vt lex iudeoz:nec bestialitatē: vt agarenoz iz regnū paradisi q̄ est infinitū z infiniti p̄deris z valoris. nō em̄ p̄t estimari eiꝰ valor:qz minor est maior tota hyspania. Ecce p̄missiones. Bti pauges spū:q̄m ipoz est regnū celoruz. Mat.v. Bti q̄ p̄secutionē patiunt p̄p̄ iustitiā q̄m ꝛc. ¶Tertius gradꝰ charitatis est p̄seuerare in bona vita finaliter continuando vsq̄ ad finē. Qui q̄ non currit nō obtinet brauiū:nec bñ currens obtinet brauiū nisi cursum cōsummauerit vsq̄ ad brauiū. Jō apls otādo dicebat. Det vobis deus sm diuitias gloie sue ꝓtutem corroborari p spm̄ eius in interiori hoie xp̄m habitare p fidē in cordibus vestris in charitate radicati z fundati vt possitis ꝓprehendere cū oib⁹ sctis q̄ sit latitudo:longitudo:sublimitas z profundū ad Ephe.iij. Primo q̄ sit latitudo.i. ertēsa dilectio:q̄ dz esse tāta i corde christiani q̄ dz diligere: non solum seip̄z:iz z primos:nō solū illos de domo sua iz etiā extraneos:nō solū amicos z bñfactores:q; z canis diligit bñfactoꝛez suuz Jō q̄ solū diligūt amicos hñt amorē canū. Et tali amore nō habebūt a deo salutationē sine meritū. Sz meritū ē diligere amicos z inimicos p̄p̄ deū qz inimici nō hñt rōnē diligibilitatis nisi p̄p̄ deuz q̄ p̄cepit illos diligere. Itē diligere debemus iudeos: agarenos z alios infideles: z orare p eis vt cōuertant sed nō participare cū eis. ¶Sc̄o q̄ sit longitudo.s. p̄seuerātis durationis. Hic tāgit rectores q̄ fecerūt bonas ordinatiōes ad vtilitatē cōitatis vt seruēt:alꝰ modicū esset. Sz ōt modo. Hodie facta hodie fracta. Ita qz mirū est:quare de⁹ dat nob panē vel aquā vt vinum. Jō nullo mō frāgantur ordinatiōes. Nota hystoriam Jone de ciuitate magna niniue:i q̄ deo ōt iuxta p̄tā z de⁹ misit ad eos Jonā p̄phetā q̄ p̄dicauit:z gētes timuerūt z recerūt ordinatiōes z putam sz nō habuerūt lōgitudinē:fregerūt ordinatiōes z redierūt ad p̄tā p̄p̄ qd tota ciuitas:vt inq̄t Lyra versa est in abyssum:nec aliquis euasit. In qua erant ples gētes q̄s in regno aragonie:ita erat populosa. Jō dō domū tuā.s.villā: vel cōitatē: decet scire tudo one in lōgitudine dieꝝ.in.po.xcij. ¶Tertio q̄ sit sublimitas z altitudo celestis p̄mij:qd deus p̄misit bonis dñis z rectoribꝰ cōitatū.s.regnū paradisi. O qualiter ōberem⁹ cē aduocati iesu xp̄i z zelotipi ō suo honoꝛ quēadmodū aduocat⁹ alicui⁹ baronis p modico salario stati i

ssni loco defendit eū z sua ꝛc. Et ꝑ xp̄o q̄ ꝑmittit regnum paduſi null⁹ eſt aduocat⁹: z null⁹ curat de ſuo honore. Jō curetis de ſuo honore z attēdatis q̄d promittit. Jō apls. In ſublimitate eternuꝫ glie pōdus opat in nob: nō ꝓtēplātibus nob q̄ videnť: ſed q̄ nō videnť. Que enꝫ videnť tpalia ſunt: q̄ aūt nō videnť eterna ſunt. ij. Cor. iij. ¶ Quarto z ꝓfundū ſ. infernalis dānationis q̄ parata ē dīis z rectoribus q̄ ſuſtinent pctā notoria: et negligenter exercēt offīm ſuū. q̄ ꝓpter lucrum ſuſtinent ludū tarillor meretrices in hoſpitijs vel ꝙabinas ꝛc. Quilibet curat diligenter de domo ſua magis et diligent⁹ curandū eſt de cōitate. Rō eſt iſta. De cōitate eſt vt de naui in mari: ſi patron⁹ vel nauta ſolū curaret de ſua camera malū eſſet pro naui. Q: ſi camera patroni vel alia deſtruať nō eſt periclz: ſed ſi vn⁹ poſtis vel tabula amoueatur de latere nauio: ibi eſt periculū pclitan di oībus. Jta charitas eſt ad inſtar magne nauis ꝛc. Charitas eīm de q̄ ſcriptū eſt nō q̄rit q̄ ſua ſunt: ſic intelligiť q̄ nō ꝓpria cōib⁹: ſz cōia ꝓpriis añponit. Tā to eīm vos magꝭ ꝑficere nouerit⁊ q̄nto rē cōem diligēt⁹ curauerit⁊. vt dicit Aug. in rla. Ergo añ oia charitatē hñtes ꝛc. ¶ Dñica infra octa. aſcēſionis. Ser. vij

Hec locutus sum vobis vt nō ſcandalizemini.

Jo. xvj. Verbum iſtō xp̄i fuit dictū aplis q̄n vidit eos paratos vt caderent in pctm̄. q: erant fragiles. Jō dicat eis. Hec locutus ſum vobis ꝛc. Scandalū grece idem eſt q̄ offenſio latine: vt cū hō vadit per viā quā nō ꝓſpicerat ſed cogitat de alijs z ponit pedes ad lapides ꝛc. illud vocať ſcandalū. Jō ſapiens dicebat filio ſuo. Eccli. xxxij. In viā ruine. i. petroſam nō eas: et nō offendes i lapides: nec credas te vie labori ſeme ponas aie tue ſcandalum. Nō ita eſt. oēs q̄ ſum⁹ mō in vita ſumus in via nullus credit hic remanere q: oēs ſum⁹ pegrini z viatores. vn⁹ venit. ſ. naſcendo alter trāſit. ſ. mouēdo. Jō dō in ſua oīone dicebat. Peregrini ſumus coram te z aduene: ſicut oēs patres nr̄i. Dies noſtri quaſi vmbra ſup terrā. z nulla eſt mora ſ. Para. xxix. Et q̄ ſumus viatores volo vos auiſare ne mō vos offendatis pedes ad lapides: z in fine ſmonis potero vobis dicere. Hec locutus ſum vobis ꝛc. Quamuis ſum⁹ omnes viatores tñ nō omnes imus ad paradiſum p eādem viā. imo in ſcriptura ſacra iueni tres vias ſecuras z bonas eundi ad paradiſum.

Prima eſt pura innocētia.
Secunda eſt digna penitentia.
Tertia eſt firma obedientia.

¶ Prima eſt pura innocētia. Sz q: multi ſcandalizanť in qualibet iſtar. iō volo vos auiſare: vt poſſim vobis dicere the. Hec locutus ſum vobis. ¶ Dico ꝙmo q̄ ꝑma via eundi ad paradiſum. ē innocentia pura: que eſt nullū pctm̄ vn̄ ꝙ feciſſe: nec venia le: nec mortale: nec corde cogitādo: nec ore loquēdo: nec opere opando. De iſta via ꝓphetauit. Eſa. ꝓpha. ca. xxxv. Erit tibi ſemita. z via ſancta vocabiť. Nō trāſibit p ea pollutus. Et hec erit vobis directa via. ita vt ſtulti nō errent⁊ p eam. Nota z erit. ſ. in tpe gr̄e vel noue legis. ſemita. i. via innocētie. Et nō ſolū dicat via: ſed et ſemita ſtricta: q: pauci hodie vadūt p eā z via ſancta vocabiť: q: non trāſibit p eā pollut⁹ Prim⁹ ergo q̄ p hāc viā trāſiuit fuit xp̄s q̄ pctm̄ non fecit: nec inuētus eſt dol⁹ in ore ei⁹. ſ. Pe. ij. Etiā ꝟgo maria ſecuta ē eū: q: nūq̄ peccauit aliquo modo: cui dicit ſpūſſanctus. Cañ. iij. Tota pulchra es amica mea: z macula nō eſt in te. Nec de adultis inueniunť plures niſi xp̄s et virgo maria: nec de p̄riarchis: nec de ꝓphetis: nec de aplis: nec martyrib⁹ nec confeſſorib⁹. Null⁹ eīm ꝑter xp̄m z ꝟginem pōt ſe excuſare de pctō mortali vl̄ venia li: unimo btūs iohānes euāgeliſta de ſe z de alijs dicit. ſ. Joh. ſ. Si dixerim⁹ q: pctm̄ nō hab̄em⁹: ipſi nos ſeducim⁹: z veritas in nob nō eſt. Solū eīm pueri nouiter nati z baptizati q̄ anteq̄ peccēt morīuť. ſequunť xp̄z z ꝟginē mariā p viam innocentie. Cogitate q: q̄n virgo maria fuit in celo cū filio: ꝟtit ſe reſpiciendo ſi aliquis eā ſequebať: z vidit⁊ q̄ ſolū innocentes: de q̄b⁹ regratiādo filio ſuo dicat. Innocētes z recti adheſerūt mihi q: ſuſtinui te. p. xxiij. nota q̄ ſuſtinui te tripli. Pilo in vtero uouē mīſtīb⁹. Scōo i bra

chis ⁊ amplexibus. Tertio in manib⁹ cū gemitib⁹ ⁊ doloribus. Jō innocentes adheserūt sibi. Charissimi p vera declaratione intelligatis q in hac via holes tripliciter scandalizant. Quidā em̄ scā dalizantur cadendo in puteum inferni. Alij non cadunt sed deuiant a via paradisi. Tertij non cadunt nec deuiant: sed retardant. Primi sunt pueri q̄ nō baptizant. Et ppter hoc vt pueri non venirēt in istō scādalū. xps p̄cepit. Mat. vlti. dicens. Euntes docete oēs gentes baptizantes eos in nole pris ⁊ filij ⁊ spiritus sancti. Scōo alij scādalizant non in inferno cadendo sed deuiando: sicut ille q̄ offendit peccādo mortaliter in quo scā dalizati sum⁹ oēs q⁹ statim dū fuimus q̄nq; annoz vel ser incepimus peccare. Nota de puero q̄nq; annoz in dialogo greg. In ista ḡ etate multi deuiāt peccā do mortaliter: iz non in inferno statim cadāt imo p pniam p̄nt se iuuare. Nota q̄ liter est magna tristitia viatoib⁹ qñ p vnā leuca vel duas deuiāt. ãpli⁹ qñ deuiant p dietā. Mō cogitate q̄t dietas q̄ libet vestrū ãbulauit post viā innocentie deuiando. Qñ peccam⁹ mortaliter deuiam⁹ intm̄ q impossibile est redire ad innocēcie statum: ⁊ iō p aliā viā opz nos redirevt possim⁹ dicere. Errauim⁹ a via veritatis. i. xpi q̄ dicit. Ego sum via veritas ⁊ vita. Jo. xiij. Et lassati sum⁹ i via iniq̄tatis ⁊ perditionis. Sap. v. Jō vos q̄ habetis filios nutriatis eos dñi: ⁊ custodiat⁹ ne deuiāt a via dñi: iz heu multi magis curāt q filij sui sint bñ induti. Tertio alij scandalizant non cadendo in infernū: nec deuiando: iz retardādo p petā venialia q̄ nunq; peccauerūt mortaliter vt creditur de hieremia ⁊ Johanne baptista ⁊ ceteris. Jō non p̄diderunt viā innocēcie. Qui aūt solū hnt petā venialia retardant in purgatorio. Jō de hoc dicebat. Dō. p. xxij. Jnvia hac q̄ ambulabā absc̄derūt laqueū mihi. Scōa via cūdi ad paradisuz ē digna pnia. Et p istā opz nos ire ex q̄ p̄didim⁹ viā innocēcie. Nota digna pnia est adeq̄tio culpe ad penā. vbi gra. Si peccam⁹ corde male cogitando odiendo vel ꝯcupiscendo: faciam⁹ pniaz cōterēdo. Si ore blasphemādo iurādo: faciam⁹ pniam p̄fitēdo deū ⁊ laudando. Si oc̄is vane vidē do: fiat pnia plorādo. Si mānib⁹: fiat penitentia erectis manib⁹ orando ⁊ restituēdo. Si p̄ gulā fiat pnia ieiunādo. Si in corpe fiat pnia affligendo. Jsta est digna pnia: sic sm̄ p̄cm̄ fiat pnia. Sz ista via angusta est. Qñ xps. Mat. vij. Quā angusta porta et arcta ē via q̄ ducit ad vitā: ⁊ pauci sunt q̄ inueniūt eā. Not. q̄ dictio est āmiratiua. Angusta porta huius vie est ꝓfessio: angusta ē qz hō hz se diffamare ⁊ dicere de pcō suo ⁊ nō alteri⁹. Qñ ꝓpha. p. cxvij. Dec porta dñi iusti intrabūt in eā. Jn hac via pnie tripliciter scandalizant holes: q̄dā faciendo pl⁹. q̄dā min⁹: q̄dā ex toto dimittēdo Primi pl⁹ faciūt q̄ vtūt i discretiōe. Qñ holes indiscrete vigilādo ieunādo vel corpus affligendo efficiūt magni fatui. ⁊ sic dānant. Diabol⁹ em̄ impugnat eos aliquo colore: dicēdo q̄ pat facit p xpo q̄ tm̄ fecit p se ⁊ sctis: ⁊ tūc sic illusus facit magz de pnia q̄ possit sustinere. Talis ei ex indiscretione facit de via paradisi viā inferni. Cōtra istos dicit scriptura. ad Ro. xij. Obsecro vos fratres p miam dei vt exhibeatis corpa vra hostiā viuē tē: sctām deo placentē: rōnabile obseq̄ū vrm̄. i. seruitiū vrm̄. Nota rōnabile. Quilibet cogitet q̄tū pōt portare a sin⁹ suus id est corp⁹ ⁊c. Scōi sunt faciētes minus de pnia q̄ deberent: ⁊ in hoc plurimi deficiūt: hnt em̄ bonū corp⁹ qđ fecit multa ⁊ magna petā ⁊ faciūt pat⁹ de penitentia. Cōtra istos q̄ min⁹ de pnia faciunt. ad Col. iij. dicit apls. Mortificate membra vra q̄ sunt sup terram. Tertij sunt q̄ nullā pniaz facit: bene icipiūt magnā penitentiam iz postea dimittūt totū. Sicut multi religiosi q̄ optime icipiūt: qz religio nō est nisi pnia: ⁊ postea dimittunt frāgēdo pniaz: ieunia vota eētialia ⁊ ceremonias: ⁊ illō est magnū scādalum Aug. Nō vidi meliores q̄ eos q̄ i monasterio p̄fecerūt nec deteriores q̄ q̄ ibi defecerūt. qz bon⁹ religiosus pl⁹ increat. ꝑ meritis q̄ secularis ceteris paribus. qz bonū op⁹ factū ex voto magz ē meritoriū q̄ si fiat sine voto. Aliq̄n i malo religioso ē tāta ignorātia ⁊ tm̄ p̄cm̄ q̄ facit ꝺ deū q̄ dimittat totalr pniam: reuerētiā suā vel habitū suū: vel nō curat ãpli⁹ de sua

reuerentia. Jō multi religiosi sunt peiores ad cōuertendū ꝯ infideles. Jdeꝫ de pbris q̄ optie ⁊ deuote incipiunt pniaz. Jdē de laicis hoib⁹ ⁊ mulierib⁹. Jō xp̄s dicit Matt. xj. Btūs est q̄ nō fuerit scandalizat⁹ in me. Tertia via eūdi ad padisuz est firma obedientia. ſ. ad dei p̄cepta. ⁊ custodirē se a pctis mortalib⁹: quā declarauit xp̄s p̄dicādo de glia padisi. Nota quāte dulcedinis ⁊ saporis erant ꝟba dei icarnati. Predicabat ei sepe de glia padisi: vt corda gētiū; inflamaret: ⁊ vt ex illa glia ꝺspicerēt mūdana ⁊ trāsitoria. Et tūc post p̄dicationē venit ad eū q̄dā tot⁹ ꝛnflāmat⁹ glia: xp̄o dicēs. Magister bone q̄d boni faciā vt habeā vitā eternā. Mat. xix. Xp̄s aūt sibi rūdit oñdens sibi viā obediētie dicēs. Si vis ad vitā igredi serua mādata. Jō sapiēs dicit Prouer. vij. Fili serua mādata mea ⁊ viues. De ista via ꝺi. Esa. xxx. Hec est via ābulate in ea ⁊ non declinetis neq; ad dexterā neq; ad sinistrā. Dextra em ⁊ sinistra sunt due ripe vie obedientie. Pars siue ripa dextra est obedire p̄ceptꝫ dei. ore suo dictis ⁊ mādatis. Uñ petrus apl's dicit Act. v. Obedire opz deo magꝫ ꝯ hoibus. Pars siue ripa sinistra. ē obedire p̄ceptis dn̄oꝝ tpaliū: de qua apl's dicit. Obedite p̄positis vr̄is. Jp̄i em pungilāt q̄si rōnem ꝓ aiabus vr̄is reddituri. Ad hēb. vlti. Ad dextrā ꝯ declināt cadentes inobediētes deo. Ad sinistrā inobediētes dn̄is siue p̄latꝫ. Jn hac via obedientie scādalizant̄ hoies tripl'r. Primo p ignorātiā. Scōo p malitiaz. Tertio p cōcupiscentiā: Per ignorātiā scādalizāt illū q̄ nesciūt mandata dei nec excusant̄ qz sciūt q̄t denarios valet florenꝰ ⁊c. Jō apl's. j. ad Cor. xiij. Si q̄s aūt ignorat ignorabit. Quidā scandalizant̄ p malitiā: qz sciūt q̄d debēt facere ſm deū ⁊ nō curāt ponēres aratrū añ boues: ⁊ nō retro. ſ. affectionē malā añ iusticiā ⁊ ꝟitatē ⁊ diuinā ordiationē. De q̄b⁹ scriptura dicit. Sap. ij. Excecauit eī illos malitia eorū. Tertij scādalizāt̄ p concupiscentiā. ſ. dignitatū seu diuitiaꝝ ⁊ delitiaꝝ ⁊ hmōi. Et iō Dō. p. xlviij. Hec via illoꝝ scādalū ipis ⁊ posteā iore suo ꝓplacebūt. Ecce q̄ re dicit thema. Hec locut⁹ suz vobis.

¶ J vigilia penthecostes. Sermo.

nisiviz mesi. Et puelle. Ego sũ ꝙ ego, nũq̃ cognoui hoiem. Dicũt viri ꝛ pauci qz cito fortassis possent numerari. Nũq̃ cognoui nisi vxorẽ meã. Mõ dicatis si i corde vro desideras tis vnq̃ aliquã vel aliquẽ si rnderitis: pr ita: ḡ coã oculis dei iã estis putana. Et sicut si coã nob ꝯ iste act⁹ ab aliq̃b⁹ fieret oẽs indignarentur ꝙ faciẽtes: ita xps ꝛ ꝙ go maria ꝛ angeli ꝛ scti indignant ꝙ illos q̃ corde in actꝰ lubricũ cõsentiũt: ḡuis ẽt ope nõ pficiũt ꝛ dicũt. O iste pdito⁹ vel ista putana luxurioseꝛ impudice viuũt. Op⁹ em̃ q̃ castitas nõ solũ sit in corpe: ꝫ ẽt i corde. Jõ dicit scriptura. Qui viderit mulierez ad cõcupiscẽdũ eã: iã mechat⁹ est eã in corde suo. Mat. v. Sz pudicitia pl⁹ req̃rit qz maior est: qz pudicitia nõ solũ ꝓsistit in corpe ꝛ in corde: ꝫ in oibus aliꝭ mẽbꝭ. Si em̃ in aliq̃ sit castitas in corde et in corpe ꝫ nõ in oculis: qz libenter respicit mulieres ꝛ ptes eaꝝ: ꝛ p ptes suas talis nõ ẽ pudic⁹: nõ Ber. sororũ sue dabat cõsiliũ q̃ nõ solũ alios nõ respiceret: imo nec seipam. Magnã vim faciebãt scti patres antiq̃tus in ista ꝙtute pudicitie. Dicaẽ exẽplũ de illis duob⁹ sctis heremitis volẽtibus transire flumẽ hi ꝙtebãt dorsum ne vn⁹ videret aliũ nudũ: senex nec seipz potuit respicere: ꝛ subito ab angelo fuit portat⁹ ad aliud litt⁹. Tm̃ plz deo pudicitia. Jõ q̃ vult caste viuere nõ respiciat alios nec se nudũ: imo nec bestias ꝛc. Si gallus iungit̃ galline nõ respicias: et sic de aliꝭ. Et iõ plone caste semp respiciũt ad terrã: ꝛ si aliq̃n hñt aliquẽ respicere statim inclinãt oculos. Jtẽ necessaria ẽ pudicitia in auribus puta nolle audire loq̃ de illa materia directe vel indirecte Jtez in aure ẽt necessaria est pudicitia. Nõ em̃ debemus cãtare cantilenas mũdi: qz oẽs sunt illi⁹ materie aliquo mõ. Jtẽ in manibus necessaria est nobis pudicitia: qz nõ dz q̃s ipudice tãgere alios nec ẽt seipm: nec ẽt sustinere aliquos tactus nisi cogente necessitate infirmitatꝭ. Jsta pudicitia ostẽditur nobis in turture: ꝛ qua dicũt naturales q̃ si pdit masculũ nullũ masculũ vult respicere: ꝫ vadit solitaria p deserta: nec ponit se in arbore frondosa ꝫ in sicca nec bibit aquã nisi turbidã. Jtẽ semp plãgit gemendo.

Exẽplũ dat deus in turture volẽtib⁹ caste viuere. Primo tales nõ debẽt respicere aliũ. Scõo debent viuere solitarie dimittendo societatẽ q̃ est occasio peccãdi Tertio nõ debẽt se ponere in arbore frõdosa. s. ornãdo se. Quarto nõ debẽt bibere aquã clarã. i. nimis curiose viuere in ferculis sed debẽt abstinere. Quinto plãgere ꝛ gemere debẽt pctã sua ꝛ aliorũ: de ista pudicitia Aug. in regula. Vos ꝛ pudicitiã custodite nec dicatis vos habere alios pudicos: qz ipudicus oculꝰ ipudici cordis est nũcius. Uir ꝛ vxor seruando sibi fidẽ casti sunt ꝛ seruãdo modũ pudicie Scõa ꝓditio est q̃ tangit̃ cũ subdit̃: q̃ de sursum est sapiẽtia: deinde pacifica est. Si estis ꝙe sapiẽtes opz q̃ sciatis ꝓuersari cũ ꝓximis pacifice. Prio i corde nõ portãdo odiũ seu malã volũtatẽ. Scõo in ore nõ male loquẽdo de alio: ꝫ loq̃ndo adinuicẽ salutãdo se: qz os est nũcꝰ cordis. Et abũdãtia cordis os loq̃t. Lu. vj. Dicaẽ ꝙ mulieres dicẽtes. Ego nolo loq̃ illi ꝛc. Qui em̃ aufert ꝙbuz primo: deus auferet sibi ꝙbũ q̃n plus indigebit qz mouet̃ sine ꝓfessione ꝛ testõ ꝛc. Tertio pacifice ꝓuersari facit sapiẽtia i ope nõ faciẽdo furtũ nec ꝓximũ dãnificãdo Sunt aliqui q̃ timore pene vt hmõi nõ audẽt facere dãnum ꝓximo: sed de nocte vadũt amputãtes vineas ꝛ arbores ꝓximoꝝ. Plus debes timere deũ q̃ videt oia ꝛ nũq̃ intrabis paradisum nisi pi⁹ feceris satisfactionẽ ꝑ toto dãno. Jõ dicit sapiẽtia deinde pacifica est. Bestie ei in deserto viuũt pacifice nũq̃ insurgit lup⁹ ꝙ lupũ ꝛ sic de aliꝭ. Et nos minus pacifice viuim⁹ q̃s bestie. Jõ dicit scriptura. Uade ad formicã o piger ꝛ ꝓsidera vias eius: ꝛ disce. s. ab ea sapiẽtiã. Prouerb. vj. Disce sapiẽtiam. s. pacifice viuẽdo: qz formice in cumulo suo q̃ nõ est magnus viuũt pacifice nec hñt principẽ: nec inuriant̃ sibi immo iuuãt se mutuo ad portandũ onus ꝛ qñ vadũt ꝑ viam pacifice trãseũt ꝛ nos trãsim⁹ nihil dicẽtes: ꝙ remiores rõnabiles sum⁹ q̃s bestie. Jõ dicit Uade ad formicã. O magna ꝙfectio q̃ formica sit magistra hoim. Jõ de pacificis ꝫ dicit xps. Beati pacifici qm̃ filij dei vocabunt̃. Mat. v. dicit Aug. in sermone dñi in monte: qõ de beatitudinibus ista

at maior. Tertia ꝓditio est. Que de sursum est sapientia: modestia est. Modestia est ḡdā ꝺ̄ns q̄ facit creaturam mature ordinate ⁊ composite quersari: oia membra ꝓpone cōponit ⁊ ordinat ad standuz gratiose, s. manus caput ⁊ oculos ⁊ in oibus ordinat vitā hois honeste ⁊ mature gubernando se. Hoc ostenditur nobis in pueris in schola in absentia magri q̄ nō faciunt nisi ludere: sed in eius pñtia non mouent se. Ita ītē idē in seruis coram dño assistentibus. Magister nr̄ est xp̄s: nec vocemini magistri: qz magr̄. vr̄ vnus est xp̄s. Mat. xxiij. Doctores vt Augustin⁹ Ambrosi⁹ nō sūt magri sz baccalaurij: zapli et sunt baccalaurij ⁊ repetitores fuerūt ie su xp̄i et suaz doctrinaz sctāz. Item est dñs. Uos vocatis me magr̄ ⁊ dñe ⁊ bñ dicitis: suz etenī. Joā. xiij. Et est nobis pr̄sens. sum ego vobis mō pñs: plus estis vos xp̄o pñtes: qz ipse est i medio. Uñ dicit ipse met. Ubi sunt duo vel tres congregati in nōie meo ibi sum in medio eoz. Mat. xviij. Jō p̄dicator dz se auisare q̄d dicat qz cotā papa iesu ⁊c. vt dicat verba ꝺ̄ni ⁊ sanctā doctrinā. Idē de vobis dicēdū quō debetis stare ꝓposite in pnia dei ⁊ angeloz ipm associantiū. Qz q̄n aliq̄s stat honeste dicunt āgeli. Dñe ecce quō stat iste sic inhoneste ⁊c. Cū pueri ⁊ scuti sien in pñtia dñi stāt honeste. Si ista cogitaremus ēt q̄n hō est solus in camera vel alias staret semp honeste ⁊ cōposite qz deus est semp pr̄sens. Jō Boetius. Magna nobis indicta est necessitas ꝓbitatz ⁊ modestie. Cuz oia agamus añ oculos iudicis cūcta cernētis. De ista ꝺ̄nute dicit ap̄s. Modestia vestra nota oib⁹ hoibus. Rō: dñs eñ prope est. qz pñs est. ad Phil. iiij. Modestia vr̄a i loquēdo i ābulādo ⁊ in oib⁹ alijs. Mulier eñ q̄ cogitat q̄ respicit a viro stat tota ꝓposita: sic cogita q̄ deus p foramē te sp respicit. istam modestiā seruabit xp̄s eūdo cōposite tēperate comedēdo respiciendo dulcit. Uñ dicit ap̄s. Ego paulus obsecro vos per māsuetudinē ⁊ modestiā ih̄u xp̄i. ij. Cor. x. Quarta ꝓditio est. Que desursuz est sapiēta suadibilis est. i. docibilis: ignorātes informādo. Quilibet scies aliq̄ hoīm ostendat primo: sicut p̄dicatores ⁊c. als pdūt grāz ⁊ scietiā. Si ꝺ̄o predicant deus augmētat grāz ⁊ sciam ⁊c. hoc ostē dit in celi luminarib⁹ dātibus nobis lumē ⁊ influētias q̄s a deo recipiunt als si nollēt deus auferret ab eis lumē ⁊ influētiā. Predicatores ad minus doceat̄ ptic̄ulariter. Si vir scit se signare. p̄ nr̄ dicere vel ꝓfiteri ⁊c. oñdat vrou: ⁊ econuerso: p̄ ostendat filio ⁊c. Ostende hic signare Uir sapiēs scz p̄latus curatus vel p̄dicator plebē suā erudit. Eccli. xxxvij. Quinta cōditio tāgit ibi. Que de sursuz est sapientia est bonis ꝓsentiens. scz ꝓpriū itellectū subijciēdo sctōz doctrinis singulariter in his q̄ fidei sunt. Hoc oñdit i pueris addiscētibus qz opz addiscētē credere ḡz. pḡz. Si ptētiones sunt in cordibus vestris nō est ista sapientia q̄ de sursum est ꝓdescendēs a p̄re luminū: sed terrena: aialis diabolica. Jac. iij. Sexta ꝓditio ē. Que de sursuz est sapiētia plena est mia ⁊ fructibus bonis. Hic lnuit̄ secrete q̄ misericordie opa sūt sicut seminare ⁊ fructū colligere. Et ita est. Nā q̄n vos datis elemosynā pauperi: vidue: puelle: captiuis tūc seminatis sicut agricultor pisciēs semen vt putrefiat: ⁊ vt ꝓ vna mensura decē colligat. Idē est de elemosyna. Q̄n datis denariū vel florenuz: panē: vinum vr̄ q̄ sit pditū: sz nō ita: imo centupluz accipietis hic: ⁊ vitā eternaz possidebitis in alio mūdo. Ideo ap̄s loquēs de elemosyna ad litterā dicit. Qui parce seminat sicut agricultor qui in magno agro nō seminaret nisi vnā quartā: parce ⁊ metet. ij. Cor. ix. Jō xp̄s. mat. v. Beati misericordes q̄m ipsi miam cōsequētur. Septima ꝓditio. Que de sursum est sapiēta ē iudicās sine simulatiōe. i. fictiōe non solū ire in exteriori apparētia ⁊ ope sed et veritate. Hoc tangit dños ⁊ iudices qui habē: regimē ⁊ ꝓpīm iudicare in iudicio tpali vel ecclīastico nō respicere parentelā. Judex existēs in cathedra iudicij non dz cognoscere patrē vel matrē ⁊c. imo si iustitia ē ꝓ iudeo mauro paupe vt alio date sniam cōtra patrē ⁊c. Non respicite p̄ces dona ⁊c. Dō. Si vere vtiq̄ iustitiam loq̄mini recte iudicate filij hoim. Quilibet iudex bailiu⁹: vel gubernator q̄n intrat nouiter loquit̄ iusticiā: iurando eā seruare. Melius esset sibi frangere caput ⁊ collū q̄s facere oppositū. Itē non ꝺ̄ns

ſtiam. Jdē de iudicibus eccleſiaſticis: in dicēt iuſte. Cōfeſſores etiā q̄ ſūt iudices auſent ſe vt iudicēt recte. Aliqui nolunt abſoluere ruſticū q̄ furatus eſt racemuz vel malogranatū ⁊ bñ faciūt: ſz vſurariū bene abſoluunt ⁊c. Jtem ſi aliq̄s eſt furatus aliq̄d vel q̄ inuenit aliq̄d ⁊ nō reſtituit nō abſoluaſ q̄n reſtituat. vl aſſignā do tp̄s dicēs: q̄ alſ non valebit abſolutionē p̄ſtare: de incertis aūt ⁊ lucratis in ludo. ſ. taxillis ⁊ alijs: fiat reſtitutio iuxta arbitriū p̄feſſoris. Si ille q̄ hz reſtituere ſit pauper confeſſor pōt ſibi dare q̄ in oīonibus vel in alūs ſatiſfaciat. hec ſapiētia nobis oſtēdit a xp̄o dño. Eſa. x. nō ſm viſionē oculoz iudicabit neq̄ ſm auditū auriū arguet: ſz iudicabit i iuſtitia pauperes: ⁊ arguet in equitate pro manſuetis terre. Ergo viuatis nō quaſi inſipientes: ſed vt ſapientes.

¶ De eadē dñica. xx. Sermo. vſ.

Videte quō caute ambuletis. ad Eph̄. v. Materia hodierna erit quō debemus ire ad paradiſum: quia via eſt lōga: aſpera: ⁊ periculoſa. Sed vt materia ſit deo gratioſa ⁊ acceptabilis: et nobis p̄ficua ⁊ meritoria ſalutē ꝑ ego maria. Qui bene vult cogitare ⁊ acute ⁊ vere inueniet q̄ vita huius mūdi nō eſt niſi via in qua vadim⁹ ad aliū mūduz. Nullus eñ credit ſe hic ſemp mānſuz: q̄ nō ſumus niſi peregrini. De hoc dabo ſignū ⁊ autoritatē. Jn quattuor cognoſcit q̄ aliq̄s ſit extraneus ⁊ peregrinus ſcz.

Jn veſte ſimplici ⁊ groſſa, ⁊ vili.

Jn baculo.

Jn capello.

¶ Et in mutatione hoſpitū. de die i diē. De tali dr q̄ ſit extrane⁹ peregrinus. Mō oia iſta ſigna reperio in xp̄iano: q̄ō p̄ſideran diligēter clare patebit. Primo portamus veſtē groſſam vilem ⁊ grauē. ſ. carnē: qua indutus ē ſp̄us vt peregrin⁹ ⁊ ſic indutus erit de domo vteri ſcz materni: ideo dicit ſcriptura. Corpus quod corrūpitur aggrauat aiam. Sap̄. ix. Secundo habemus baculū. ſ. crucē xp̄i quē recipimus in baptiſmo q̄n cruce ſignamur in multis partibus corporis nec alio baculo ſuſtentari poſſumus eundo ad celuz. Jdeo dicit nobis in p̄ſona xp̄i. Tolle baculū meū in manu tua ⁊ vade. ſ. ad peregrinādū i celū. iiij. Reg. iiij. Unde hoc q̄ dicit vade. ſolū dicitur xp̄iano. Judei autem ⁊ alij infideles licet portāt carnem ⁊ veſtem vilē: nō tñ portāt iſtum baculum nec vadunt ad celum: ſed ad infernum. Tertio portamus capellum q̄ō defendit nos ab eſtu ſolis ⁊ pluuia. Jſtō capellū eſt gratia dei quā etiā recipimus in baptiſmo. Jn cuius ſignū datur veſtis alba ſignans gratiā ⁊ picta ſignificās virtutes quaſi capellū ſancti iacobi. Jō dauid. p̄s. cxx. Per diē ſol nō vret te neq̄ luna per noctem. Quarto non quieſcamus in aliquo loco q̄ inceſſanter ambulam⁹ peregrinus q̄ viā quieſcat aliq̄n comedēdo ⁊c. ſed nos cōtinue ambulādo appropinquam⁹ morti. Homo natus de muliere breui viuēs tempore repletur multis miſerijs. Qui quaſi flos egreditur ⁊ cōteritur ⁊ fugit velut vmbra: ⁊ nunq̄ in eodē ſtatu p̄manet. Job. xiiij. Fiat ergo conſequētia. Si de quolibz hoſte habente iſta quattuor ſigna ſcz veſtē illā groſſaz: baculū ⁊c. dr q̄ ſit peregrinus: ⁊ nos habemus iſta vt probaui: ergo oēs ſum⁹ peregrini ⁊ viatores ad aliū mundū. Dicebat eñ dauid in ſua oīone. Autoritas. Peregrini ſumus coram te ⁊ aduene ſicut omnes patres noſtri. Dies noſtri quaſi vmbra ſup terrā: ⁊ nulla eſt mora dñe deus noſter. ſ. Paral. vltimo. Unus intrat iſtā viā ſcz naſcēdo: alius egreditur moriendo. Jtē alia autoritas de nouo teſtō concordās. Scientes q̄ñ duz ſumus in hoc corpore peregrinamur a dño. ij. ad Cor. v. Peregrini ergo q̄ habent ire ad longā viam aſperā ⁊ periculoſaz bono indiget conſilio: ⁊ melius conſiliū q̄ō pōt dari ē aduiſare ⁊ dicere eis. Uidete quō caute ambuletis. Patet thema. Modo videamus. ex quo oēs ſum⁹ peregrini fratres auſetis ⁊ informetis vos de cautele: q̄ dicit thema caute. Querit ergo que cautele ſunt ſeruāde. Dico q̄ quinq̄ cautele ſunt neceſſarie cuilibet peregrino.

Prima ſolū portare expenſas ſtricte.

Secunda eſt cōuerſari inter homines pacifice.

Tertia iūgere ſe bone ſocietati ſecure.

Quarta auiſare ſe ō paſſib⁹ periculoſis

Quinta ire ad hospitium in die. Quicūq; habuerit istas quinq; cautelas ambulat caute. Dico p̄mo q̄ p̄ria cautela pegrinor̄ ē q̄ portāt solū necessarias expēsas ⁊ nō supfluas. Nā experimētat̄ videt̄ q̄ pegrini seu viatores nō onerāt se de auro vl̄ argēto seu localib⁹: q̄ mortē secū portaret: sed portant solū necessaria p̄ expēsis ⁊ trāseūt secure. Qui autē portāt magnā pecuniā: in piculo se ponit. Greg. Deſdari ēt ⁊ decollari desyderat: q̄ thesaur̄ publice p̄ viā portat. Sed solas expēsas strictas pegrini portant. Sic ⁊ nos facere debemus ex quo sum⁹ peregrini viatores: quare volumus onerare nos pecuniis ⁊ possessionib⁹? profecto sic se onerantes volunt depredari in passu periculoso. s. mortis: p̄ quē passum null⁹ trāsiuit: nec papa nec rex: quin fuerit depredatus. Quādo ēm infirmus appropinquat morti: ⁊ medicus dicat factū est: detis sibi quicq̄d vult: statim latrones adsunt siue fures. Primus latro est vrot dicēs. Certe localia mecū ibūt. Itē fili? faciunt filij ⁊ scutiferi: ⁊ miser hō nudus manet. Idē de prelatis ⁊ dñis. vnus famulus currit ad rapiendū equū: alij⁹ obseruat thesaur̄: alij⁹ clenodia ⁊c. Narratur hystoria de p̄lato illo quem scutifer p̄cedit p̄ fenestrā involutū cum mathaloffio volēs mathaloffiū furari quē nondum credidit mortuū fuisse. quare nō debeus portare nisi necessarias expēsas p̄ pecuniis ēm multi interficiunt̄. Si diceretur: possumus congregare vt dimittam⁹ filijs ⁊ filiab⁹. Dico q̄ de bono iusto bene poteritis eis congregare: sed p̄ eis non faciatis q̄ voluerit̄. s. vsuras. Melior hereditas parētū filijs relicta est bonū nutrimētū erga deū ⁊ p̄ximum. De multis filijs diuitū videtur q̄ efficiūt̄ pauperes ⁊ multi filij pauper̄. s. bene nutriti ascendunt ad honores ⁊ dignitates. De⁹ ēm q̄ puidet aialib⁹ etiā filijs ⁊ filiabus puidebit. Trāseam⁹ p̄ bona tpalia cum letitia ⁊ tpantia: ne amittam⁹ eterna. iō aplus hītes alimēta ⁊ q̄bus tegamur his contēti sim⁹. Rō. Nā q̄ volūt diuites fieri incidūt in tēptationē: ⁊ in laqueū diaboli. s. Ti. vj. No. hītes alimēta: nō dicit delectamēta: ⁊ q̄b⁹ tegamur: nō dicit q̄b⁹ ornemur. No. dr̄iam inter tentationē ⁊ laqueū diaboli. Aliqui incidūt in tentationem: aliqui in laqueū. Illi q̄ de bono iusto hab̄t diuitias. s. de redditib⁹ mercimonijs: possessionib⁹ vl̄ officio: tales nō cadūt in laqueū diaboli: sz in tēptationē: quia de oibus peccatis tentant̄. Primo de supbia di. O talis facit hoc: ⁊ induit̄ sic ⁊ ego sum ditior. quare ergo. ego hoc etiā facere nō debeo? sed pauper non sic saltē ō facili tentat̄. Scō tēptat̄ de auaricia: q: vellet plus habere ad; expediēdū. Itē cogitat de pecuniis: q: vbi est thesaurus tu⁹: ibi est ⁊ cor tuū. Mat. vj. Et elongatur a creatore de q̄ non cogitat. Tertio tentat̄ de luxuria: q̄n videt aliquam viduā cogitat. Et quid esset si ego expenderē tm̄ vt cū ista ⁊c. Paup non curat: q: nō hz vñ posset sibi dare iocalia. Quarto tentatur de inuidia: quādo diues alium videt honorari vel exaltari in officijs ⁊c. dicit. ⁊ quō? nonne ego sum ita bonus ⁊ diues sicut ille? Quinto de gula in q̄ expendunt̄ diuitie ⁊ alia ⁊c. Sexto de ira si ēm iniuriat̄ statim dicit. ⁊ q̄d cēt si darē sibi ictū cū gladio? p. xij. florēis fieret? ⁊c. si sum capt⁹ tm̄ dabo officiali ⁊c. Paup sustinet patienter. Septimo tentatur de accidia. Ex quo abūdāt diuites q̄escunt ⁊ nō curāt de oratione ⁊c. Ecce quare dicit. Qui volunt diuites fieri incidunt i tēptationē ⁊c. In laqueū diaboli incidūt q̄ per simoniā. Itē q̄ per furū volunt acq̄rere bona alterius. Etiā de vinea fruct⁹ seu orto: ⁊ dicunt q̄ p̄tm̄ est furari fructus. si ēm nō fuisset p̄tm̄: nō oportuisset xp̄z mori in cruce. Ideo amore dei seruemus cautelā peregrinor̄ portare expensas ⁊c. Scōa cautela necessaria est quer sari pacifice: non p̄tendere per viam vbi nō est dñus: secus de villa seu ciuitate vbi q̄libet timet dñm. Si in hospitio intraria peregrino infertur: nō curat de vindicta q: extrane⁹ est: nec habet ibi parentes. ideo simpliciter respondet. Item caueat ne alicui faciat iniuriā: q: statiz posset facere ꝫ illos in villa. Ideo dixit Joseph fratrib⁹ suis p̄ficiscentib⁹. i. itinerātib⁹. Ne irascamini in via. Gen. xlv. Nō dixit in ciuitate: quia ibi sunt diuisores. Ita dico vobis: oēs vadim⁹ ad paradisum cum sclauina baculo ⁊c. Igit̄ cauea mus a cōtentionib⁹ ⁊ diuisionibus bu-

gis ꝛ malis volūtatibus. Audite apostolū dicentē. Obsecro vos vt digne ambuletis vocatione qua vocati estis cuz omni humilitate ꝛ māsuetudie cū patiētia supportātes inuicē i charitate solliciti seruare vnitatē spūs i vinculo pacis. ad Eph. iiij. Obsecro. i. chare rogo. Sex rōnes ponit hic paulus. Prima cū dicit: vocatiōe qua vocati estis. Cōsiderare debem⁹ ad quid sumus vocati: qz ad nuptias paradisi: vbi nō sunt contētiōes ꝛc. sz pacifice stās. Qđ placet vni: oib⁹ placet q̄ vnus vult oēs ꝑcordāt. Jō ōt. Obsecro. i. vt digne viuatʒ ꝛ pacifice: qz de⁹ nō vult in paradiso bugosos seu iracūdos: immo qñ alia alicui⁹ bugosi petit ingressuz ad portā paradisi dicit sibi xp̄s. Hic oēs sūt pacifici: nolo vt ponas h̄ rixas ꝛ remittit ad infernū. vbi est guerra ꝛ diuisio ꝑtinua. Scōa cū dicit: cuz oi h̄ūilitate. h̄ūilitas cordis reqrit ad viuendū pacifice: supb⁹ si iniuriat statim ōt: expecta: ego tibi retribuā sz humilis patiēter sustinet ꝛ iniuriā inq̄tū pōt i melius interp̄tat. Dicat exēplū de vitispatrū de illo sctō heremita q̄ vituperabat a q̄dā dicēdo. Uos hypocrita: ꝛ sctūs cogitauit q̄d vult dicere. Et cogitauit q̄ ille h̄: hipocrita q̄ se alicui oñdit ad extra cū ali⁹ sit intra. Et dixit vituperanti. Fili: tu bñ dicis: qz nō habeo tantā sctitatē inter⁹ sicut p habitū oñdo exterius. Et ali⁹ indignatus magis dixit. Uos estis magnus fur. Et sctūs. Uer⁹ dicis qz multoties deo furatus suz obedietiā. Et estis adulter. Et sctūs rñdit. Uos bñ dicitis: qz aiam meā sponsam xp̄i nō tractaui vt debui ꝛc. Et ali⁹. Uos estis ꝑditor. Et sctūs heremita rñdit. Uerum est qz fidē ꝑmissam i baptismo fregi multoties. Et ali⁹. Uos estis ebri⁹. Et sctūs rñdit. Uer⁹ est: qz nescioi me gubernare ꝛc. Et ali⁹. Uos estis homicida. Et sctūs rñdit. Uer⁹ ē: qz p ꝑtm occidi aiam meaz. Alia q̄ peccauerit ipa mouet. Ezec. xviij. Et iter ali⁹ dixit vos estis stultus. Ali⁹ rñdit. Uer⁹ est: qz nescioi custodire bona spūalia q̄ acq̄siui: ꝛ cū tali h̄ūilitate viē illū. Pz q̄ h̄ūilitas reqrit ad viuēdū pacifice si vni vr̄m diceret latro: q̄d diceret: vel si alicui mulieri bone diceretur mere trix: sz posset cōcedere vt heremita: q̄d tñ diceret: timēdū est q̄ iniurias in dicentē nō modicas retorq̄ret. Tertia tāgit cum dicit: ꝛ māsuetudine q̄ ē q̄ad modū lana mollis. Qñ enī ꝑsona nō est aspa nec dura in verbis: qñ iniuriat est vt lana q̄si ꝑcutiat nō dat sonū: nō enī iracsc⁹ ꝑsona māsueta secus de supba q̄ ferro assimilat: vt ferrū clamat ꝛc. Quarta cautela tāgit ibi patiētia: qz si ꝑsona patiens iniuriā patit: nō vult recipe vindictā: sed ꝓmittit deo dicēti. Mihi vindictā: et ego retribuā. ad Ro. xij. Quinta tāgitur ibi supportantes inuicē in charitate. Rō: qz nunq̄ fuit nec erit aliq̄s sine defectu nisi xp̄s et virgo maria. Nunq̄ fuit vir nec vxor sine defectu: nec pr̄ nec filū: nec dñs nec seruus: cur necessarium est scire supportare. Jdē de religiosis quib⁹ necessaria est supportatio: qz null⁹ est sine defectu. Jdē de clericis. Jdē de cōitatib⁹. Ergo supportate vos inuicē: ꝛ nolite statim mittere sagittā de arcu. Jdem de socijs. Sexta tāgit ibi cū dicit: solliciti seruare vnitatē spūs in vinculo pacis. Sollicite inquirēda est pax. Et si iniuriat⁹ ꝓio petit veniā: saluabit aiam iniuriāns q̄ nō curabat petere veniā. Et qñ videbit iniuriatū sibi loquentē: nisi sit diabolus ꝛ in malicia obduratus: etiā petet veniam ꝛ ille qui humiliat prius lucrat coronā: ꝛ est plus laudādus ceteris paribus. Jdē de mulieribus q̄ primo petunt veniā ꝛc. Ergo videte qūo caute ꝛc. Tertia cautela est iungere se bone societati secure qz ire cū mala societate per viā: puta cū latrone vel impatiēte: magnū periculū est. Cū audace nō ess i via: ne forte grauet mala sua in te. Eccl. viij. Nos habemus ire tam longā viā igit nobis necessariuz est respicere cui sociemur. O quot persone fuissent sancte: que ex mala societate sunt dānate. O quot religiosi: quot clerici: ꝛ quot laici habēt bonā ꝛ sanctā intētionē seruiēdi deo: sed ex mala societate viuūt in peccato. aliquoties sancta intētione ꝛ bona. Cōtra hanc familiaritatē ꝛc. Incipiūt ab amore spūali: sz ꝓueniūt ad amorē carnalē. O q̄t pueri ex mala societate sūt corrupti: quot maritate: q̄t vidue: quot monialee: q̄t beguine lapse sunt ex mala societate. Inter quas non nulle qñ videt aliquē religiosum: dicunt O si ille esset pater meus spūalis dirige

ret vitā meā ꝛc. Auiso vos caueatis vobis a nimia familiaritate: q: periculū hic inde imminet: q: ipe est hō ꝛ vos mulier. Nolite nec visitare nec loq̄ secū nisi in cōfessiōe. q: ſpto sūt magꝫ ſpūales tāto plꝰ diabolus insidiaſ ꝛ tētat. iō ōr ſcriptura. Caue tibi ꝛ attēde diligēter auditui tuo qñ cū subuersiōe tua. i. periculo ambulas. Eccl. xiij. Sufficit diligere ꝓpter se xp̄m ꝛ deū ꝛ alia ꝓpter ipm de alīs personis bonis velis solum oꝝonē: nō visitationē ꝛc. Quarta cautela est auisare se i passibus periculosis. In tali eñ loco posset ponere pedem q̄ frangeret sibi collum ꝛc. Iō palpare pu⁹ dꝫ homo ꝛ respicere vbi homo ponat pedem. iō ap̄s. Qui se existimat stare. s. cuꝫ deo ꝛ in gratia: videat ne cadat. i. Co. x. O quot impingūt nō respicientes vbi ponūt pedē. verbi gr̄a. qñ habetis filiū infirmū: nec habetis medicuꝫ nec apothecariū: quid facitis? O pater: vado ad diuinū coniuratorē ꝛc. Ecce vbi ponūt pedē ꝛ frāgūt sibi collū: ꝛ cooperiūt necessitatē dicēdo. Nunq̄d ꝓmittā mori filiū meū? Dicaſ de medicia a xp̄o oꝛdiata. de nocte iesu fiat emplm. Itē qñ ab aliq̄ amico diceꝝ vobis. Rogo tuuetꝫ me ego suꝫ i periculo: talis petit ad me debitū. Rogo testificeꝫ q: iā reddidi sibi vt sū accusaſ de tali negotio qō vos scitis. Iō velitis iurare q̄ ego sum innocēs. Si vos creditis bene facere testificādo et iurādo falsē: incautissime agitis: cū ꝓ toto mundo hoc facere non deberetis. Idē de vsurarijs qñ aliq̄s petit ab eis mutuas pecunias dādo vel ꝓmittēdo vsurā pro mutuo: si dixerit vsuraꝝ. Nolo mutuare: q: timeo q̄ est vsura. si tūc alij dicunt Nequaq̄s est vsura: q: clerici sic mutuāt ꝛ faciūt ac si clerici nō possent damnari tales ponūt ibi pedē periculose ꝛ frāgūt sibi collū. Itē dicit luxuriosus. Pater: qō peccū est? q: ego nō habeo vxorē: nec ipsa vir. cui fit iniuria? quasi dicat nulli qō falluꝫ est. iō dicebat petrus. Charissimi obsecro vos tāq̄ aduenas ꝛ peregrinos abstinere vos a carnalibus desideriis: q̄ militāt aduersus aiam. i. Pe. ij. Quinta cautela est ire hospitium de die. iō xp̄s. Ambulate dum lucē habetis vt non vos tenebre ꝓprehēdant Io. xij. Si quis ambulat in die nō offendit: q: lucem huius mundi videt. si autē ambulauerit in nocte: offendit: q: lux non est in eo. Ioā. xi. Moraliter. Dies vadunt ad celum q̄ ambulāt in claritate gratie dei ꝛ tales bene recipiūtur. Nox vadunt q̄ i tenebris peccatorum talis sunt: ꝛ tales nō recipiūtur. Ambulemus in die. s. gratia dei ambulamus ne accidat nobis sicut cuidā stulto ꝛc. Audite parabolā de duob⁹ socijs ambulantibus ad quandā villā: vbi erat cōsuetudo q̄ de nocte in solis occasu porte claudebant. etiā ꝓpter consuetudinē isti sciebāt: vn⁹ tamen remānsit in prato: ꝛ fuit captus ab inimicis ꝛ carceri mancipatus. Iō auisetis vos ne aliq̄s vestrum sit in ista stultitia. Illa ad quā oēs xp̄iani vadūt est glia celestis: que claudit illis q̄ sunt in nocte culpe: ꝛ hꝫ inimicos. s. demōes. Ad istā gloriā celestē opꝫ ire de die. s. i claritate gratie. Alr nullus hꝫ intrare: ꝛ oēs xp̄iani sciūt hanc cōsuetudinē: ꝛ omnes ambulamus: sꝫ multi remanēt in prato amenovolētes se alleuiare ꝛ delectari vt luxuriosi: ꝛ interim dies gratie transit et venit nox. Alij remanent ad arbores frondosaꝫ: vt superbi: vani: pōposi ꝛc. q̄ totaliter sunt inflati. Alij remanēt ad fontē q̄ manat vt vsurarij: q: vsura quolibꝫ die etiā festo manat: ꝛ ō nocte veniūt volentes intrare ciuitatē ꝛ gloriā celestē ꝛ nō ꝓpter: sꝫ veniūt inimici. s. demōes: ꝛ captiuos ducunt eos secum in infernum. O q̄ti constat illa mala delectatio ꝓpter quā eterne et beate vere vite perpetua incurritur amissio: prudētes vero vadūt de die ambulando laborando ꝓ pniam vt habeāt bonā cenā ꝛ quietā in paradiso: lꝫ stulti truffenſ de eis. iō Io. Si quis ambulat in die non offendit. s. cadens in infernū. Ergo videte quomodo caute ābuletis.

¶ De eadē dñica. de euangelio. Ser. vij.

Rex cū audisset ira tus ē. Scribūt lꝫ verba euangeliū Mat. xxij. ꝛ officialr in euangelio hodierno. Sermo noster erit de mā sci euāge. istius dñice pn̄tis: ꝛ si placꝫ dō hēbim⁹ ꝛc. Saluteſ ꝙ maria. Rex aūt cū audisset irat⁹. vt. s. in euangelio. No. hic causanſ tria puncta.

Primo benignitas diuinalis.

Scō perueꝛsitas humanalis.

Tertio seueritas dei virtualis.
Et de isto vltio loq̃t tyc. cum dicit q̃ rex
irat⁹ ē. Vñ ꝓio oñdit benignitas dei er-
ga nos ꝙ̃ oñdit in ꝓncipio eu. cū dr. Sile
est regnū celoꝝ hoi regi q̃ fecit nuptias fi
lio suo. Vñ videdū est cuo h oñdit benig-
nitas diuinalis. Dico ꝙ̃z sciēdum est q̃
iste rex ē de⁹ z mrimoniū est ꝓiuctio diui
nitatz cū hūanitate: q̃ sicut vir z vxor p
actū mrimonij sunt duo in carne vna. vt
habet Mat. xix. Itaq̃ iā nō sunt duo: sz
vna caro. Qđ g̃ de⁹ iunxit: hō nō seper.
Dicūt illi. Quid g̃ moyses mādauit da
ri libellū repudij z dimittere? Ait illis.
Vñ moyses ad duriciā cordz vr̄i pmisit
vob dimittere vxores vr̄as. Ab initio at
nō fuit sic. Dico aūt vob q̃ q̃cūq̃ dimise
rit vxorē suā nisi ob fornicationē z aliaz
duxerit: mechat. Et q̃ dimissam duxerit
mechat. Dicūt ei discipli ei⁹. Si ita ē cā
hois cū vxore: nō expedit nubere. Qui di
xit illi. Nō oēs capiūt ꝙbū istud: sz q̃b⁹ da-
tū ē. Ita diuinitas z hūanitas sunt vna
sola ꝑsona. Vñ athanasi⁹ i symbolo. q̃
cū de⁹ sit z hō n duo tñ: sz vn⁹ ē xp̃s. Ista
vnio facta fuit in thalamo vteri ꝟginalis. Querit g̃re de⁹ assūpsit nostrā hūani
tatē. Dico q̃ ꝓpter pacem habendā. Vñ
sciendū est q̃ q̃n ꝓncipes z reges habent
iurgiū z litē inter ipsos: nullo mō pōt fie
ri pax facilius q̃ ꝑ matrimoniū. Vñ scia
tis q̃ ira erat inter deū z regē z pncipē
Xp̃m dā patrē nostrū q̃ etiā dr pinceps. Vñ
dd in ꝓ. cuij. Constituit eū. s. adaz
dñm domus sue: z pncipē oīs possessio
nis sue. Inter istos fuit bellū z ira quā
ꝓpetrauit adaz cū peccauit z tūc incepit
de⁹ destructe terrā ade: z eiecit eū d para
diso. Vñ dixit de⁹ angelis suis postq̃ adā
peccauit. Ecce adā quasi vn⁹ ex nobis fa
ctus est: sciens bonū z malū. Nunc ergo
ne forte mittat manū suā z sumat etiā d
ligno vite z cōedat z viuat ineternū: emi
sit eū dñs deus de paradiso voluptatis:
vt operaret terrā de qua sumpt⁹ est. Eie-
ctq̃ adā z collocauit ante paradisū volu
ptatis cherubin z flammeū gladiū atq̃
ꝟsatilē ad custodiēdā viā ligni vite. Ec-
ce bellum z ira. Señ. xlj. Et tunc adā vi
dens se electū scies q̃ non posset resistere
noluit bellum cōmittere: attamen genuit
filios z filias: z pmiserunt iter bellū cuz
deo. s. q̃n peccauerūt: q̃n qui peccat cōmittit bellū ꝫ deū: z ipsi fecerunt: z mari
eoꝝ terrā: z occidit oēs dēptis paucissi-
mis aiabus vt pz Señ. vij. Post diuuiū
nis edificādo vt possent celū ptingere: et
re. vnde dixerunt intra se. Venite facia-
ptingat vsq̃ ad celū: z celebremus nomē
nr̄m anteq̃ diuidamur in vniuersas ter
ras. Señ. xj. Qđ videns de⁹ mouit gen-
tes suas. s. angelos z ait illis in loco pe
allegato. Venite igit z descēdamus z cō
fundamus sibi linguā eoꝝ: vt nō audiat
vnusꝫ q̃q̃ vocē ꝓximi sui. Qđ factū est et
fuerūt ꝓfusi: vn⁹ alteꝝ nō intelligēs. Nā
z ecōuerso z ita dimiserūt edificiū nō cōꝓ
pletū. Et durauit illd bellū multis tēpo-
rib⁹. Post xo fuerūt aliq̃ boni ꝓceres q̃
viderūt tātā ira z tātū iurgiū inter deuz
z hoiem. Et sicut inter duos greges tra-
ctauerūt z rogauerūt ꝓ bono pacis z fe
deris eterni. s. filiū dei z filiā regis nr̄i. s.
ade: q̃ hūanitas filia est ade. Et dixerūt
illi boni ꝓceres. Si de⁹ vellet se tñ incli
nare q̃ reciperet filiā regz nr̄i. s. hūanita
tem in vxorē: valde esset benign⁹. Et deus
ꝑsciens futuꝝ illud matrimoniū suā be
nignitatē oñendo dixit ad abraā. Señ.
xij. Abraā in semie tuo bñdicent vniuer-
sī fines terre. Prophete cū ꝓphetauerūt
de isto mrimonio. vñ dicit Esa. Ecce ꝟgo
ꝓpiet z pariet filiū z vocabit nomē ei⁹
emanuel. Esa. vij. z Matt. j. ad hoc mri-
monū electa vna ē nobilis aula siue ca
mera. s. vēter ꝟginis de q̃ dō. In sole po-
suit tabernaculū suū z ipse tanq̃ sponsus
ꝓcedēs de thalamo suo. ps. xviij. Cū aūt
nat⁹ eēt sponsus de thalamo suo dixit an
gelis vt facerent cātilenā. i. Glia in excel
sis deo: z in terra pax hoibus bo. volun.
Lu. ij. Sic g̃ p illud matrimoniū fuit fa-
cta pax inter deum z hoiem: ꝓpter quod
xp̃s cum salutabat hoies semp dicebat.
Pax vobis: tā in quersatione hui⁹ mūdi
q̃ etiā in ascēsiōe ad celū cū dixit. Pacē
meā do vobis: pacē meā relinquo vobis
Et ita apparet ex predictis qđ z qualr
fuit factū matrimoniū prelibatum. Sed

ꝫs est locꝰ vbi celebrabunt nuptie. Dico q̄ gaudiꝰ cū sit multitudo maxima tā angelorꝫ ꝙm hoim q̄ admictas nuptias in uitatꝰ sunt ⁊ in paradiso dicunt cātilenam quā audiuit. Joānes in apoc. xix. c. Gaudeamus ⁊ exultemꝰ ⁊ demꝰ gliaz: ei: q̄ venerūt nuptie agni. Uñ nota q̄ differentia est inter gaudere ⁊ exultare. Dico q̄ gaudiū est in corde sine oñsione adextra: sed exultatio est qñ illud gaudiū non pōt teneri secrete in corde p̄ nimio gaudio: sed oñdit adextra. Ita faciūt in paradiso ⁊ vsqꝫ huc est materia speculatiua. Sz moraliter sciēdū q̄ vetus testamētū fuit ad faciendū illud matrimoniū: ⁊ ad oñdendū. Nouū vo illud declarat ⁊ inuitat ad nuptias. Uñ videndū est ⁊ q̄renduz q̄ sunt illi q̄ inuitauerūt ⁊ inuitāt ad iussuz regis Dicēdū q̄ fuerūt p̄mo apli. ⁊. lxxij. discipuli: ⁊ oēs p̄dicatores seq̄ntes q̄ inuitabāt ad eundē discubitū in illis nuptijs dulcissimis, de q̄bus. Luc. xiiij. Btūs q̄ manducabit panē in regno dei. Itē dicit ioh. apo. xix. Bti q̄ ad cenā nuptiaꝝ agni vocati sunt. Uñ ex q̄ inuitamur ⁊ nescimus iter: videamus illud. Et quot sunt diete. Dicendū q̄ decē. Prima est cognitio peccatoruz. de q̄ dō. ps. l. Miserere mei deus sm magnā miam tuā. Et sz multitudinē mi. t. dele iniq̄tatē meā. Uñ iniq̄tatē meo ego co. Scōa cordis cōtritio. s. recogitare pcā cū cordis amaritudine. sm illud pphete. Recogitabo tibi oēs ānos meos in amaritudie aie mee. Dñe si sic viuit ⁊ in talib⁹ vita spūs mei corripies me ⁊ vuificabis me. ecce i pace amaritudo mea amarissima. Tu āt eruisti aiaz meā vt nō piret. piecisti post tergū tuum oia pcā mea. Quia nō infern⁹ confitebitur tibi. Esa. xxxviij. Tertia emēdādi ppositum. De q̄ xps. Uade ⁊ āpli⁹ noli peccare. Jo. viij. Quarta male societatis vitatio: sz si fuerit superbus q̄ hūiliet de qua scribit. Nolite conformari huic seculo. ad Rom. xij. Quinta vite emendatio de q̄. Si aūt ipꝰ egerit pniam ab oib⁹ pctis suis ⁊ opat⁹ est: ⁊ custodierit oia p̄cepta mea ⁊ fecerit iudiciū ⁊ iustitiā vita viuet ⁊ nō morietur. Oim iniq̄tatū eiꝰ q̄s opat⁹ ē nō recordabor. In iustitia sua quā opatus est viuet. Nunq̄d voluntatis mee est mors impij dicit dñs deus. Ezech. xviij. Sexta debitoruz restitutio. vñ augu. xiiij. q. vj. Si res. Nō dimittit pctm̄ nisi restituat ablatum. Septima iniuriarū remissio. p qua scribit. Si dimiseritis hoib⁹ pcā eoz dimittet ⁊ vobis pater vester celestis delicta vra. Si aūt nō dimiseritis hoib⁹ nec p̄ vester dimittet vobis pcā vra. Mat. vj. Octaua est fame reparatio. de q̄ dicit Aug. Non pigeat ex ipso ore p̄ferre medicamenta vñ facta sunt vulnera. Nona est eucharistie. cōio in q̄ est spōsus ⁊ sponsa. Et ita erimꝰ in nuptijs q̄ cōputantur p decima dieta. Uñ q̄ māducat meā carnē ⁊ bibit meū. sanguinē in me manet et ego in eo. Jo. vj. Et p illō iter possumus ire ad nuptias: alias faciemꝰ iter obliquū s. ad infernū. Uñ hec est via ābulate i ea ⁊ nō declinetꝫ neq; ad dexerā neq; ad sinistrā. Esa. xxx. Dextra est qñ amore declinamꝰ: sinistra qñ timore. Jpemet spōsus iuitat nos di. Uenite ad me oēs qui laboratꝫ ⁊ onerati estis ⁊ ego reficiā vos Mat. xj. Et ita patz benignitas diuina. Scōm punctū est puersitas humana. s. hoim q̄ ad illas nuptias inuitanē q̄ clare oñdit in scōa pte euangelij: cū ō: de illo rege: q̄ relicq̄ tenuerūt seruos eiꝰ ⁊ cōtumelijs affectos occiderunt eos. Aliqui noluerūt venire. Alij. s. scōi neglexerunt ⁊ abierunt in vilas suas. Alij contumelias intulerūt: vide ibi ⁊c. Et ista est peruersitas hūana vbi q̄libz iudicat in corde suo q̄ bene erant hoies illi digni punitione. Actu multi sunt inter nos ⁊ qui sunt de nūero illoꝝ. Ubi sciēdū q̄ p tres modos istoꝝ hoim denotātur tres modi pctōꝝ: q̄ qō denotaē p p̄mos hoies: ē indeuotio q̄ noluerūt: sz ōspectio: q̄ neglexerūt: tertiū idignatio: q̄ ꝓtumelijs affecerūt. p̄mū igit pctm̄ ē ideuotio ⁊ istō. maxime regnat i laicꝫ q̄ cū laborauerūt p totā septianā nolūt i die dñica ābulare ad nuptias. s. eūdo ad missā colēdo die dñicā ⁊ vocare ab opib⁹ terrenis. Tales nō hnt deuotionē ⁊ nolūt ire ad paradisū: sz potiꝰ ecōtrario ad infernū: q̄ maiora pcā p̄mittunt i die dñica ꝙm i alijs dieb⁹: ⁊ nō cū lucrū ire ad paradisū p ideuotionem pnie agēde ibūt ad infernū: q̄ dicit xps. Luc. xiiij. Si nō pniaz habueritꝫ oēs sic pibitis Ergo colatur dies dñica: q̄ di. dñs. Exo. xx. Memēto vt diem sabbati sctifices ⁊c.

ꝛ ideo nō fiat aliqđ opꝰ terrenū. Itē scđo audiat missa cū suis conditionibꝰ ꝛ isto mō hō ibit ad ꝓdisuꝫ. alias tales erūt de nūero illoꝝ q̄ noluerūt venire. Alij vero despexerūt ꝛ illi sunt q̄ despiciunt remedia xp̄i ꝛ vadūt ad demōes ꝛ sortilegos vñ negligūt remedia xp̄i q̄ ꝓ medicia dedit nobis vnū amphoꝛismū q̄ est talꝫ. Signa aūt eos q̄ crediderint hec seq̄nt. In noie meo demonia eiciēt liguis loquēt nouis serpentes tollēt: ꝛ si mortiferū q̄d biberint nō eis nocebit sup egros manꝰ ponent ꝛ bñ habebunt. Marc. xvj. Nota q̄ dicit crediderint nō dicit apli fuerint. Dicit bñ habebūt nō sancti erūt q̄ multis sanitas est nociua: ꝛ iō dicit bñ habebūt q̄ habebūt victimā q̄ ꝑualet sanitati corꝑali: si aūt vadunt ad sortilegos negligēdo nomē xp̄i erunt de nūero illoꝝ q̄ neglexerūt. ꝛ iō ibūt ad ifernū ꝛ istā sentētiā q̄ seq̄t dedit deꝰ ꝛ tales. Le. xx. Alia q̄ declinauerit ad magos ꝛ ariolos ꝛ fornicata fuerit cū eis ponā faciē meā ꝛ eā: ꝛ interficiā eā de medio ppli sui. Nā q̄n vadūt ad magos fornicant q̄ in baptismo promiserunt fidē cū dictū fuerat eis. Abrenūctas sathane ꝛ opibꝰ eiꝰ: ꝛ rñderūt patrini ꝓ baptizādis. abrenūcio. ꝛ iō dum q̄s frangit ꝓmissionē. fornicat. s. eundo ad magos: sicut mulier q̄ ꝓmisit fidē marito suo ꝛ cū alio fornicat. Tertij sunt q̄ peccāt ꝓ idignationē ꝛ tales sūt blasphemātes ꝛ iurātes. Uñ illud pctm̄ maiꝰ est oibꝰ alijs. Uñ si nō esset nisi istud eēt sufficiēs ad destrucōnē totū mūdū. Et nota ibi hystoriaz. Leu. xxiij. de blasphemo ducto ad moysen: ꝛ ꝓsulto puꝰ dño: rñdit di. Educ blasphemum extra castra ꝛ ponāt oēs q̄ audierūt manꝰ suas sup caput eiꝰ ꝛ lapidet eū ppls vniuersus. Et ad filios isr̄l loq̄ris. hō q̄ maledixerit deo suo portabit iniq̄tatē suā: ꝛ q̄ blasphemauerit nomē dñi morte moriat. lapidibꝰ eum obruet omis multitudo ppli. No. q̄ dixit dñs q̄ lapidaret ab oibꝰ qz pctm̄ tangit oēs ꝛ ista est puersitas hūana: qz nolunt ꝛc. Tertiū pūctū est seueritas dei ꝛtualiꝫ qz deꝰ punit illos sicut oñdit tertia pars euāgelij. Uñ dicit. cū audisset rex iratꝰ ē ꝛc. vsq̄ succēdit. Nota tres actus ibi nūerātos iuxta tria petā ꝓdicta. Uñ ꝓmus actus ē: qz missis exercitibus suis. s. vt destruāt terrā illoꝝ ꝛ illud sit ꝫ pctm̄ blasphemie qz ꝓpter illū ministri iusticie diuine destruūt ꝛ sepe destruerūt terram nr̄am: aliqñ ꝑ tēpestates: aliqñ ꝑ frigiditates aliqñ per siccitates aliqñ ꝑ fulgura. Uō oñdit ꝑ similitudinē qz cū expugnatur aliqđ castrū videmꝰ qz illi q̄ sūt apte inferiꝰ expugnāt illos q̄ sunt in castro cū arcubꝰ ꝛ balistis ꝛ sagittis ꝛ illi q̄ sūt in castro defendūt se cū lapidibus. Ita ē de nobꝫ iurātibꝰ ꝛ blasphemātibꝰ. Balista ous ꝛ ligue mittimꝰ sagittas ꝫ deū ꝛ ipe se defendit cū lapidibꝰ ꝛ iō nobꝫ mittit tēpestates: actu valde benigne: quia mittit lapillos cuꝫ mittere deberet grossos lapides: ꝛ ita patꝫ quō nos blasphemi puniamur. Uñ dr i Thob. Maledicti erūt q̄ ꝓtēpserint te: ꝛ ꝙdēnati erūt oēs q̄ blasphemauerit te Tho. xiij. Cōtra aliō pctm̄ qz nō celebramus festa dicit. Misit suos suos ꝛ occiderunt. Uñ dicit ꝙdidit homicidas illos: ꝛ ꝓpter illud pctm̄ sūt mortalitates. Et rō ē: qz ꝑ q̄ q̄s peccat ꝑ hec ꝛ torq̄tur. Cū g̃ tollamꝰ suū tps rōnabiliꝫ remouet nobis nr̄m tps: ꝓ qđ debemus acq̄rere meritū. Iō dr ꝑ psalmistā. cum accepo tps ego iusticias iudicabo. Ptꝫ quō ꝑ istud pctm̄ puniunt. ꝛ ideo dr Malac. iij. In penuria vos maledicti estꝫ ꝛ vos me cōfigitis gēs tota. Cōtra illud pctm̄: qz vadimꝰ ad sortilegos misit seruos vt succenderet ciuitates. s. in inferno Et rō est bona: qz cum volumus recurrere ad demones rōnabile est q̄ simus cuꝫ ipis. Et iō dicit deꝰ ꝓ moyse. Deu. xxxij. Gñatio eīm puersa ē ꝛ infidelis filij. Ipi me ꝓuocauerūt in eo q̄ nō erat deꝰ ꝛ irritauerūt in vanitatibus suis. Et ego ꝓuocabo eos in eo q̄ non est ppls ꝛ in gente stulta irritabo illos. Ignis succēsus ē in furore meo ꝛ ardebit vsq̄ ad inferni nouissima. Ergo ꝓuideat ꝛ ista est seueritas dei. ergo Cum audisset rex ꝛc.

¶ Dñica. xx. post trinitatem. Ser. viij.



olite fieri imꝓuidentes: sed intelligētes. Eph. v. Sermo nr̄ erit de epla hodierna. Sed ꝓmo dicamus. Aue ma. Ꝓo declaratiōe thematis sciēdum qđ in scriptura virtutes ꝛ opa virtuosa dicunt sapientia. petā ꝫo dicunt

multitine z ifipiētie. Ubi sciēdū q nos sumus cōpositi ex duab⁹ naturis. i. ex subā spūali. i. ꝙ aia rōnali p quā conformamur deo: z corpore materiali p qđ ꝓximamur bestijs z brutis: z iō q quis agit sm aiam dr ꝟtutes. Opa ꝟo q agim⁹ sm corpus dr vitia siue pcta cū p illa simus similes brutis. Et iō dr de illis q agūt sm aiam. Eccl. iij. Sapiēs cor z intelligibile abstinebit se a pcis z in opib⁹ iustitie successus habebit. De alijs ꝟo qui sequuntur sensualitatem dr Wanie. xlij. Sic fatui filij israel non iudicātes neq; qđ rez est cognoscētes ꝓdēnastis filiam ifir. Dicit nō iudicātes. i. p intellectū rōnis z nō cognoscētes. i. ea q cōueniunt z concordant parti principali aie. i. cuz q debemus oia cōformare. Et ita ptz qđo ꝓmissi dr prudētes: pctōres aūt imprudentes. Et iō Paulus volēs nos esse sapientes amisit nos in themate di. Noli te fieri imprudentes ꝛc. z sic hr materia. Ergo videndū est de quolibet pctō mortali qđo dr stultitia z insania z ꝟtutes contrario mō sunt sapientia z prudētia. Dñ superbia est stultitia: humilitas autē sapiētia magna: z sic de alijs peccatis z virtutibus contrarijs. Unde ponēde sūt virtutes z vitia per ordinem.

Primo superbia cui ꝟdicit humilitas.

Scdo auaricia cui contradicit misericordia siue liberalitas.

Tertio luxuria cui contradicit mundicia siue castitas.

Quarto inuidia cui contradicit dilectio fraternalis.

Quito gulositas cui ꝟdicit tēperātia

Sexto ira cui contradicit concordia.

Septio accidia cui ꝟdicit diligentia.

Primo g superbia est stultitia z humilitas est prudētia. Qđ ptz p similitudinem. Si q⁹ inueniat duas vias vnā montosam z petrosam q ducit ad mortē z pditionē: z alia sit plana q ducit ad portā z vitā: si talis accipiat viā petrosam alia dimissa iudicabit talis stult⁹. Ita est de superbia z humilitate q ducūt ad altū mūdū attīna ad mortē: alia ad vitā. Superbia ꝟo ducit ad mortē q est petrosa z infecta z plena erūnis: qm q superbit semp hz diuersa negocia exercere. Sed humilitas ducit ad vitā z ad paradisū. Job xxij. Qui em humiliat⁹ fuerit erit in gloria z q inclinauerit oculos suos ipse saluabit: superbia ꝟo ducit ad infernū. Unde deb primo exēplū de angelis: z primo de lucifero q dixit. Ascēdā sup altitudinez nubium: z similis ero altissimo: actu illa via ducit ipm ad infernū. Et iō sequitur. Uerūt ñ ad infernū detraheris in ꝓfundū laci. Esa. xiij. Silr adā p superbiā ejectus fuit de paradiso. Ecclī. iij. Et si non egisset pniam fuisset dānat⁹. Et iō dixit Thobias filio suo. Fili mi superbiā nūq in tuo sensu aut in tuo ꝟbo dñari permittas. In ipsa em initiū sūpsit omis pditio. Tho. iij. g sumatur via plana qm dicit alibi scriptura. Eccl. x. Initiū superbie hominis apostatare a deo qm ab eo q fecit illū recessit cor ei⁹. Qz initiū omis pcti ē superbia q tenuerit illā adumplebit male dictis: z subuertet eū in finē. Cū g superbia ducat ad mortē z humilitas advitā apparet hāc esse sapiētiā: illā ꝟo stultitiā: g vñ dz virari superbia cū nō faciat hominē prudentē sed stultū. Et iō dicit paulus ad Ro. j. Euanuerūt in cogitationibus suis z obscuratū est insipiēs cor eorū: dicētes em se esse sapiētes stulti facti sunt. Dicit euanuerūt: qz qm q⁹ est superbus cogitat ascēdere tm z euanescit in cogitatione: qz credit ascēdere dimittendo bonā vitā q ducit sursum ad paradisū sumēdo viā illā q ducit deorsū ad infernū. Pone exēplū de sacerdotib⁹ simplicibus dicētib⁹ dñe z deuote oras: q dum cogitant dñicia euanescūt in cogitationibus. Zdē de laicis mercatorib⁹ q dū viuunt cogitāt pstare vel mutuare adsuram vt pñt hre thesaurz ad dotandū filium vel filiā: z tales cogitationes vane sunt. Et sequtur. Et obscuratū est insipiēs cor eorz qm sicut nubes obscurant aerē: ita iste cogitationes obscurant cor: g caueamus si nolumus fieri insipiētes ꝛc.

Scda stultitia est auaricia. Unde qz auaricia sit stultitia z mia prudētia ptz p similitudinē alicuius diuitis q vendit bona sua q pecunia i saculo collecta vult accipe iter: sz pstitit sibi ab amicoꝝ dimittat illā pecuniā: qm i itinere sūt latrōes q p certo ipz depdabūt. Si talis renuit z pecuniā secū deportat z depdat vsq ad camisiā: iudicabit tal' pfecto stult⁹: Ita

est de nobis q̄ hēmus ire ad aliā ciuitatē qz nō hēm⁹ hic manētē ciuitatē: sz futurā inq̄rim⁹. ad Heb.xiij. Et est passus q̄dā in q̄ oēs depdati sūt. s. mors: z opz oēs hoies trāsire p illū passum: qm̄ dns nr̄ iesus xp̄s ipsemet trā siuit p illuz. Un̄ scriptura dicit. Nōne hec oportuit pati xp̄m z ita intrare in gl̄iaz suā. Lu.vl. Et in ꝟ passu latrones hoies z alias depdā tur. Latrones sunt mulier: filij: z alij parētes: scutiferi z sic de alijs. Ergo mittamus thesauz p cābiū. s. dādo paupib⁹ z tunc cū cedula red deā thesaur⁹ in celo. Cedula est ista. Da paupib⁹ z habebis thesauz i celo. Mat.xix. Un̄ nota hystoriā bti Laurētij q̄ Decio impatori petēti thesauz rndit. Facultates ecclesie q̄s a mereq̄ris man⁹ pauper in celū depor tauerūt. Ergo faciam⁹ sīl̄r. Et tūc dicet xp̄s nobis. Euge serue bone z fidelis: qz sup pauca fuisti fidelis: supra multa te ꝓstituā: intra in gaudiū dñi tui. Math. xxv. Et ita ptz qūo liberalitas est prudētia sz auaricia est stultitia. Auar⁹ āt portat diuitias vsq̄ ad mortē vbi depdat: et nihil secū portat: z tali post mortē dicet xp̄s. Quare nō dedisti pecuniā meā ad mensam z ego veniēs cū vsuris vtiq̄ exegissē illā z astāti b⁹ dicet. Auferte ab illo minā z date illi q̄ decem minas hz. Luce. xix. Et ita ptz largū eē sapiētē z auaz eē stultū. Un̄ puer. xiij. Corona sapientuz diuitie eoz: fatuitas stultoz ipudētia: ḡ nolite fieri ipudētes. ¶ Tertia stultitia est luxuria. Un̄ luxuria est illō pcm̄ carnale qō ꝓmittit̄ pter mīimoniū: quo cūq̄ mō fiat. Et ista ē valde magna stultitia. Nō ptz p silitudinē hois q̄ in q̄da z domo a pte interiori hēbat palea z stramina q̄ sunt esca brutoz: z desup hēbat multos thesauros z lapides pciosos. Cū aūt vigeret q̄dā hyeme frig⁹ voluit calefieri: z succendit stramina igne: z cū gaudēdo calefieret cōbussit totū thesaurū z lapides pciosos. Nōne talis iudicabit fuisse ipudēs: certuz est q̄ sic. Talis est luxuriosus q̄ hz dominm z alam in q̄ est thesaur⁹ magnus. s. rō z volūtas z superior portio: in q̄ rōne z volūtate z superiori portiōe sūt virtutes z merita q̄ dñr thesauri z sensualitas est inferior ps in qua sunt palee z fenū. s. mot⁹ carnales. Un̄. Dis caro fenū. Un̄. Esa. xl. Clama. Et dixi. Quid clamabo. Dis caro fenū: z oīs gl̄ia ei⁹ q̄si flos agri. Et talis sensualitas nihil vz respectu rōnis. vñ Paulus ad Ro.vij. Scio eīm qz nō habitat in me hoc est in carne mea bonū. Un̄ in ratiōe z volūtate ꝛc. sunt thesauri. s. fides: spes z charitas z cetere virtutes. O quāti thesauri: sz cōburūt q̄n hō luxuriat: qm̄ luxuria vt ignis. Un̄ Job. xxj. vt. Ignis est vsq̄ ad pditionē deuorās z oia eradicās germina. Ergo caueam⁹ ne in cēdamus paleā. s. carnē: qm̄ tales sūt ipudētes q̄ luxuriant. vñ Paul⁹. j. Cor. vj. Nescitis hō non pcipit ea q̄ sunt spūs dei. Stultitia eīm est illi: z nō pōt intelligere: ḡ audiamus paulū. Nolite ꝛc. ¶ Quarta stultitia est inuidia. Nō inuidia ē stultitia pz p silitudinē cuiusdā hois hn̄s inimicos ipm psequētes: q̄ veniēs ad flumē inuento pōte fregit illū a q̄ trāsiret flumen: et tūc venientes inimici ei⁹ occiderūt eum: si nō fregisset pōtē a q̄ trāsiret sz post trāsitū salu⁹ fuisset fact⁹. Ita ē de nobis in ꝟ mūdo qm̄ oēs hēm⁹ trāsire flumē aq̄. s. infernū cū pōte q̄ vt amor sine dilectio p rimi q̄ hz ser arc⁹: cū isto hēm⁹ trāsire et nō est alt⁹ pōs: z iō vt ad Rom. xiij. Qui eīm diligit primū legē impleuit. Nam nō adulterabis. Nō occides: nō furaberis: nō falsum testimoniū dices: non cōcupisces: z si qd̄ ē aliud mādatū i hoc verbo instaurat: diliges primū tuū sicut teipm. Dilectio primi malū nō operat. Plenitudo ḡ legis est dilectio. Per hāc eīm trāsimus de morte ad vitā. Un̄ isti⁹ pōtis arc⁹ sunt ist. s. amor z dilectio pris z mris q̄ vt ē reuerētialis. Sc̄os amor inimicoz. s. nolle dānū neq̄ eoz mortē. Un̄ vt scriptura Ego aūt dico vobis. Diligite inimicos vr̄os: bñfacite his q̄ oderunt vos: z orate p psequēt⁹ z calūniāt⁹ vos. Mat. v. Tertius amor est corporis. s. primi nō luxuriādo cū primo vel cū pria. Quartus amor est pprij corpis. Quintus amor est bonoz primi. Sextus est amor fame primi. Nos eīm nō debemus desiderare aliena qm̄ radix oīm malorū est cupiditas. s. ad Ti. vj. Qui aūt frāgit istū pōtē est stultus. Et iō dicit scriptura. Possidebūt puuli stultitiaz. puer. xiij. Parvuli sunt inuidi q̄ hn̄t cor ita pūū q̄ nō ma-

net in eo nisi ipemet. Inuidi em̄ se inor-
dinate diligunt. Sed cor hois celo z ter-
ra maius eē deberet. Et rō est. qz in celo
non stant nisi iusti tm̄ in corde hois boni
debent eē tā iusti q̄ēt peccatores. Pcō
res diligere debem⁹: ac eoz bona parare
z ita ptz qō inuid⁹ ōi pusilus. Unde
Job. v. Parulū occidit iudia. ¶ Quin-
ta stultitia est gula. Qō autem gulosi-
tas sit stultitia ptz p similitudinem cuius-
dā famelici stulti q̄ vēit ad domū cuius
dā diuitis q̄ parauerat bonos cibos q̄s
apposuit famelico q̄ portans secū vene
nū miscuit cibis z comedit z postea mor
tuus fuit. Talis ei ōr fuisse merito stul-
tus. Uñ dines q̄ parauit cibos ē deus ō
quo ōr. Ocli oim i te sperāt dne z tu das
escam illoz in tpe oportuno. ps. cxliij.
Ipe em̄ dedit nobis cibos q̄b⁹ sustēta-
mur: attamē nos miscem⁹ venenū. s. per
superfluitatē: hoc facim⁹ cū superflue come
